394 Χορὸς, ȣ, ὁ, tripudium, saltatio, chorea; *tam de actione saltandi, quàm de saltantium multitudine. In tragœdiis, comœdiis, et satyris peculiariter dicebatur* χορὸς, multitudo, *quæ saltabat et canebat inter actus; dicitur quasi* χαρὸς, *à* χαίρω, gaudeo *vel,* χαρὰ, ᾶς, ἡ, gaudium.

397 Ἱμερόεις, εσσα, εν, desiderabilis; *idem quod* ἱμερτὸς, β. 751.

400 Πῆ, quî? quonam modo? quà? quâ ratione?

Προτέρω, longiùs, ulteriùs; *à* πρὸ.

402 Κεῖθι, illic κεῖσε, illuc, *ab* ἐκεῖνος.

408 Ὀϊζύω, *f.* σω, ærumnas perpetior, gemo, lamentor; *ab* ὀϊζὺς, ύος, ἡ, ærumna, ζ. 285. *fit autem* ὀϊζὺς, *ex paragoge vocis* οἶ, *quæ est lamentantis, ut ex* αἲ αἰάζω.

Νεμεσσητὸς, ἡ, ὸν, reprehensibilis, *poët. Epenthesi* νεμεσσητὸς· *à* νεμεσάω. 410

Πορσύνω, orno, paro; πορσυνέουσα, *Ion. pro* πορσυνοῦσα, *fut. part. f. à* 411 πόρος, *quod est à* πείρω.

Μωμέομαι *vel* -άομαι, *f.* ήσομαι, vitupero, *à* μῶμος. 412

Μεθέιω, *aor.* 2. *subj. poët. pro* μεθῶ· *vocalis circumflexa* ῶ, *resolvitur* 414 *in* έω· *deinde, metri gratiâ, inseritur* ι. *à* μεθίημι.

Τῶς, ὡς, tantùm, quantùm. 415

Ἀπεχθαίρω, odio prosequor: ἀπήχθηρα, *aor.* 1. *ab* ἐχθαίρω, *idem; ab* ἔχθος, εος, τὸ, odium.

Μητίζομαι, *et* μητίομαι, machinor, *hîc*, concito, efficiam; μητίσσομαι, 416 *fut. pro* μητίσομαι, *à* μῆτις, ιδος, ἡ, consilium.

Οἶτος, ου, ὁ, ærumna: *item*, exitium, infelix fatum; *ab* οἲ *dolentis.* 417

Ἀργῆς, ῆτος, albus, candens, θ. 133. *ab* ἀργὸς, ἡ, ὸν, albus: *est et* ἀργέτι, λ. 817. *ab* ἀργὸς, *per* μεταβολὴν, *pro* ἀργῆς. 419

Ὑψόροφος, ου, ὁ καὶ ἡ, altum tectum habens: *ab* ὕψος, εος, τὸ, altitudo, 423 *et* ἐρέφω, tego.

Δίφρος, ου, ὁ, *hîc*, sella. *Vid.* γ. 262. 424

Φιλομμειδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, *geminato* μ, *metri causâ*, amans risus; *à* μειδάω, *fut.* ήσω, leniter rideo; *at* φιλομέδουσα, η. 10. amans imperii, *à* μέδομαι, regno.

Ἀφραδέως, imperitè; *ab* ἀφραδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, inconsultus, *quasi qui* 436 *multa loquendo effutit; ab* α *epitatico, et* φράζω, dico, consilium ineo.

Τραπείομεν, vertamus, *Ion. et poët. pro* τραπῶμεν, 1. *pl. a.* 2. *subj.* 441 *pass. verbi* τρέπω.

Ἔραμαι, *idem quod* ἐράω, amo, concupisco. 446

Τρητὸς, ἡ, ὸν, perforatus; *à* τιτράω, perforo, *fut.* τρήσω· *à* τερέω, *idem* 448 τιτραίνω.

Ἐσαθρέω, intueor oculis defixis; *ab* ἐις, *et* ἀθρέω, despicio, observo: 450 *sed* ἀθρέω *fit à* θεωρέω *per syncop.* video, contemplor; *ubi* α *est* ἐπιτατικόν τι, *seu intensivum quiddam.*

Ἐκεύθανον, occultabant, 3. *plur. imperf. verbi* κευθάνω.

Νίκη, ης, ἡ, victoria: *quasi* ἐνίκη, *id est,* ἐνὶ ἥκουσαι, uni accedens; *vel* 457 *quasi* ἐνιέικη, *id est,* ἐνὶ εἴκουσα, uni cedens; *vel, ut Plutarchus vult, quasi* μηέικη, παρὰ τὸ μὴ εἴκειν, *à* non cedendo.

CLAVIS HOMERICA

IN Δ'. ILIADIS.

ἘΩΝΟΧΟΕΙ, 3. *sing. imperf. act. pro* ᾠνοχόει, *Attico more assumpto* ε, 3 *contract. ex* ᾠνοχόεε· *ab* οἰνοχοέω.

Δειδέχατο, *pro* ἐδεδέχατο, *ectasi poëticâ, pro quo* δεδεγμένοι ἦσαν, *Ion.* 4 3. *plur. plusquamperf. pass. verbi* δέχομαι.

6 Παραβλήδην, *adverb.* comparativè; *item*, simulatè, dolosè; *à παραβάλλω*, comparo.

8 Ἀλαλκομενηΐς, *ίδος, ἡ*, potens auxiliari: *epitheton Minervæ; à μένος, εος, τὸ*, robur, *et ἀλαλκῶ, per reduplicat.* arceo, expello, juvo, fero auxilium, *pro ἀλκῶ, idem; quod ab ἀλκὴ, ῆς, ἡ*, robur: *hinc ἄλξ, ἀλκὸς, ἡ, idem, inusitat. in nominat. cujus dativus ἀλκὶ legitur, ε.* 299. *vel ita dicitur Minerva, ἀπὸ τοῦ Ἀλαλκομενέως ἥρωος, heroë Alalcomeneo, qui in oppido Bœotiæ, à se condito, Minervæ templum et simulachrum condidit*, Coul.

11 Παρμέμβλωκε, *Æolicâ syncope, auferendo α, pro παραμέμβλωκε*, 3. *sing. perf.* curavit, advenit, astitit, adfuit; *à παρὰ, et μέμβλωκε, quod factum est ex μεμόληκε, syncope τοῦ ο, ejusque loco propter euphoniam inserto β, et η versâ in ω· à μολέω*, venio, advenio.

15 Φύλοπις, *ιδος, ἡ*, pugna, contentio, seditio, certamen: *quasi τῶν φυλῶν ὄπις, quòd bellis puniat Deus homines; à φυλὴ, ῆς, ἡ*, tribus, *et ὄπις, ιδος, ἡ*, vindicta: *quâ Deus aliquem persequitur; quod ab ἕπομαι· est enim ἡ ὄπισθεν ἑπομένη τίσις· vel quasi τῶν φυλῶν ὄψ*, tribuum clamor: *dicitur enim de bellico clamore; vel denique quasi φύλομις, converso μ in π. παρὰ τὸ ὁμοῦ τὰ φῦλα εἶναι, quòd gentes sint simul.*

20 Ἐπιμύσσω, *vel ἐπιμύττω, fut. ξω, Attic.* subsanno, strepitu narium floccifacio: *ἐπέμυξαν, 3. pl. aor. 1. ab ἐπὶ, et μύσσω, vel μύττω*, mungo, emungo *inusitat. hoc autem à μύζω*, clausis labris quendam ex naribus sonum emitto.

23 Σκύζομαι, indignor, irascor; *σκύζω, idem: sed propriè*, murmuro sicut canis; *à κύων, νὸς, ὁ vel ἡ*, canis; *vel à σκύμνος, ου, ὁ*, catulus leonis: *et tunc significat*, irascor; *vel denique, παρὰ τοὺς Σκύθας*, à Scythis; *illi enim iracundi adducunt τὸ ἐπισκύνιον*, supercilium. *Ita, sæpè à vitiis nationum ducuntur verba*, Coul.

Ἄγριος, *ία, ιον*, agrestis, immitis, ferus; *τὰ ἄγρια, subst.* feræ, *ε.* 52.

26 Ἅλιος, *ία, ιον, vel ἅλιος, ου, ὁ καὶ ἡ*, marinus, *propriè: ut ἅλιος γέρων*, Proteus, *α.* 538. *ab ἅλς, ὸς, ἡ· item*, vanus, inanis, *ut hîc, ἅλιον θεῖναι πόνον*, vanum reddere laborem; *ἅλιος μῦθος, ε.* 715. sermo inanis; *ductâ significatione à mari, vel quòd mare res quædam vana et inutilis esse videretur ante inventas naves; vel quòd ad potum inutilis sit aqua marina.*

Πόνος, *ου, ὁ, tria significat:* exercitationem, dolorem, *et* exitium, *seu* detrimentum; *frequentiùs accipitur pro labore quovis et negotio, ut hîc; à πένομαι*, efficio, ago.

Μόγος, *ου, ὁ*, labor, ærumna, fatigatio; *παρὰ τὸ μέγας*, in magnis enim rebus laboramus; *vel, παρὰ μὴ ἐᾷν τὴν ψυχὴν γάννυσθαι*, quòd animum lætari non sinat labor ærumnosus.

32 Ἀσπερχὲς, studiosè, sedulò, incessanter; *à σπέρχω*, urgeo, festinare cogo; *item*, irascor. *In ἀσπερχὲς, α est epitaticon. Vid. λ.* 110.

34 Εἰ, *pro εἴθε*, utinam.

Βεβρώθοις, 2. *sing. præt. med. opt.* vel *præs. à βεβρώθω, per reduplicationem Atticam, ex βρώθω*, comedo.

36 Ἀκέομαι, *f. έσομαι*, sano, medeor, curo, sarcio; *ἐξακέσαιο, 2. sing. aor. 1. opt. med. legitur π.* 29. *ἀκείομαι, epenthesi τοῦ ι. Scitè hîc et alibi hoc verbum dolori et iræ applicatur, quia sunt quasi animi morbi.*

Ὅθι, ubi. 41

Διατρίβω, *f.* ψω, consumo, immoror, interpello; *à* τρίβω, contero. 42

Ἀστερόεις, εσσα, εν, stellatus; *ab* ἀστὴρ, έρος, ὁ stella. *Vid.* 75. *hujus* 44 *libri.*

Ἐϋμμελίας, ὁ, εὖ περὶ τὴν μελίαν ἠσκημένος, bene exercitatus ad hastam, 47 fraxineæ hastæ peritus, bellicosus; *à* μελία, ας, ἡ, fraxinus, *ideoque* fortis; *dissolvitur* ἐϋ, *geminatur* μ *poët. et* ου *in genit. vertitur in* ω *poët. per crasin, pro* εω· *hinc* ἐϋμμελίω, *pro* εὐμελίου.

Λοιβὴ, ῆς, ἡ, libatio; *à* λείβω, libo, stillo. 49

Λαγχάνω, *aor.* 2. ἔλαχον, *præt. med.* λέλογχα, sortior.

Φίλτατος, *syncop. pro* φιλώτατος· φίλος *in Comparat.* φιλώτερος, *seu* φίλ- 51 τερος. *Superl.* φιλώτατος, φίλτατος, *seu* φίλιστος.

Τάων, *Æol. pro* τῶν, *gen. pl. f. ab* ἡ. 54

Φθονέω, *f.* ήσω, invideo; *à* φθόνος, ου, ὁ, invidia. 55

Ἔνθεν, hinc, illinc; *ab* ἔνθα. 58

Ὅθεν, unde.

Πρεσβύτερος, έρα, ερον, senior ætate; πρεσβύτατος, άτη, ατον, *et* πρέσβιστος, 59 *Hym. in terram,* 2. maximus natu; *item,* venerandus; *à* πρέσβυς, υος, *vel* εως, ὁ, senex; *hoc autem* παρὰ τὸ προβεβηκέναι τὴν ἥβην, quòd jamdudum adolescentiam excesserint.

Ὑπείκω, assimilo, cedo, morem gero, indulgeo, condono; ὑποείκω, 62 *poët.* ὑποείξομεν, 1. *pl. fut.*

Ὑπερκύδας, insignis, gloriosus, gloriâ supereminens; -αντος, *in genit.* 66 *à* κῦδος, εος, τὸ, gloria.

Ἀστὴρ, έρος, ὁ, stella: *ab* α *privat. et* ἵστημι, sto; *quasi* ὁ ἄστατον ἔχων 75 δρόμον, cursum instabilem habens: ἀστὴρ *differt ab* ἄστρον, *quòd ille sit unicum et singulare in cœlo corpus, hoc verò signum ex multis compositum stellis.*

Ναύτης, ου, ὁ, nauta; *à* ναῦς, ὸς, ἡ, navis. 76

Σπινθὴρ, ῆρος, ὁ, scintilla; *à* σπᾶν, *et* αἴθω· *vel quasi* σπιζόμενον τὸ θέρον, calidum quid extensum vel ejaculatum; *legitur et* σπινθαρίδες, scintillæ, *Hym. in Apol.* 442. 77

Θόρω, *vel* θορέω, salio, cum impetu insilio; καταθορέω, *futur.* ήσω, pro- 79 silio, desilio; κὰδ δ' ἔθορε, *pro* κατέθορε δὲ, 3. *sing. aor.* 2.

Ταμίας, *Ion.* ταμίης, ου, ὁ, dispensator, promus condus, qui ærario 84 præest, arbiter, administrator; *à* τέμνω, scindo, distribuo: *quia res sibi commissas distribuit; hinc* ταμίη, ης, ἡ, dispensatrix, ζ. 381.

Δίζημαι, *pro* δίζεμαι, *Attic. et Ion.* quæro, indago. *idem* δίζημι, quæ- 88 ro; *à* διζω, quæro; *quod à* δὶς, bis; ὁ γὰρ ζητῶν ἐν διχονοίᾳ ὢν ζητεῖ, *qui enim aliquid investigat, in duas quasi sententias dividitur.*

Ἀσπιστάων, clypeatorum, *genit. plur. Æol. ab* ἀσπιστής. 90

Ἐπιπροέμεν, *Ion. pro* ἐπιπροεῖναι, *a.* 2. *infin. ab* ἐπιπροΐημι, immitto. 94

Πάμπρωτος, ου, ὁ καὶ ἡ, omnium primus; *à* πᾶς, *et* πρῶτος, πρώτη, πρῶ- 97 τον.

Ὀϊστεύω, *f.* σω, sagittâ peto; *ab* ὀϊστὸς, οῦ, ὁ, jaculum. 100

Κυδάλιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, gloriosus; *à* κῦδος, εος, τὸ, gloria; *sunt et* κύδιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, *Hymn. in Merc.* 46. κυδρὸς, ὰ, ὸν, σ. 184. *ejusdem significationis.*

105 Συλέω, συλεύω, et συλάω, *f.* ήσω, prædor; *item*, detraho, educo; *à* σύλη, ης, ἡ, præda.

Ἴξαλος, ου, ὁ καὶ ἡ, saltator libidinosus; *ab* ἰξὺς, ύος, ἡ, lumbus, et ἅλλομαι, salio.

106 Τυγχάνω, *fut.* τεύξομαι, *quasi à* τεύχω· *item* τυχήσω, *quasi à* τυχέω, τυχήσας, ασα, αν, *part. aor.* 1.

107 Προδοκὴ, ῆς, ἡ, locus insidiis aptus; *et communiter*, insidiæ; *à* προδοκάζω, exspecto, observo.

108 Ὕπτιος, ία, ιον, supinus; *ab* ὑπὸ, *vel quasi* ὄπτιος, *quòd supina sint* εὐθεώρητα, *id est*, facilè videantur.

109 Δῶρον, *antiqui* palmam *dixêre; et hinc* δῶρον, ου, τὸ, munus, *quod manu datur;* ἑκκαιδεκάδωρος, ου, ὁ καὶ ἡ, sedecim palmorum longus.

110 Ἤραρε, *Attic. et poët. transpositione pro* ἄρηρε, *præt. med. aut potiùs ab aor.* 2. ἤραρον, *verbi* ἄρω, apto.

Τέκτων, ονος, ὁ, faber, artifex; *à* τεύχω, fabricor.

111 Λειαίνω, levigo, polio, explano; *à* λεῖος, α, ον, levis; λειήνας, ασα, αν, *part. aor.* 1.

113 Ἀγκλίνω, *poët. syncop. pro* ἀνακλίνω, reclino; ἀγκλίνας, ασα, αν, *part. aor.* 1.

116 Πῶμα, πώματος, τὸ, operculum, *à* πῶμα, poculum, *quia propriè* operculum poculi, *quod à* πόω, bibo.

117 Ἀβλὴς, ἀβλῆτος, ὁ καὶ ἡ, nondum jactus, *et per consequens*, novus; *sed* ἄβλητος, ου, ὁ καὶ ἡ, nondum ictus, *vel* eminus læsus, δ. 540. *utrumque ab* α *privat. et* βάλλω, jacio.

118 Πικρὸς, ά, ὸν, amarus, *propriè sapori tribuitur. Homerus tamen odori etiam tribuit, Od.* δ. 406. πικρὸν ἀποπνέουσαι ἁλὸς πολυβενθέος ὀδμὴν, acerbum spirantes maris profundi odorem. *Metaph. etiam dicitur de aliis rebus*, difficilem, acerbum, sævum, morosum, *ut hîc;* πικρὸν ὀϊστὸν, acerbam sagittam; *et Od.* δ. 152. πικρὸν δάκρυον εἶβε, amaras lacrymas stillabat; *dicitur quasi* πευκρὸς, *à* πεύκη, ης, ἡ, pinus, *cujus lacryma est amara; hinc* πικρόγαμοι, *qui amaras sortiti sunt nuptias, Od.* α. 266. *est et* πευκεδανὸς, ή, ὸν, amarus, κ. 8.

Νευρὰ, ᾶς, ἡ, nervus; *à* νεῦρον, ου, τὸ, *idem*, δ. 151. *à* νεύω, annuo: *quia nervi sunt instrumenta voluntarii motûs, inclinationis, et flexionis. metaph.* vires, robur; τὰ νεῦρα *etiam dicuntur nervi extracti, qui chordarum usum præstant;* νευρὰ, ας, ἡ, *peculiariter dicitur de illo nervo, quo arcus intenditur.*

122 Γλυφὶς, ίδος, ἡ, crena, sagittæ incisura, in quâ nervus inseritur; *à* γλύφω, scalpo, *quod à* γλάφω, *idem.*

Βόειος, εία, ειον, bovinus, bubulus, *à* βοῦς, βοὸς, ὁ καὶ ἡ, bos; *est et* βόεος, έα, εον, bovinus, χ. 397. βοέους δ' ἐξῆπτεν ἱμάντας, bovinaque appendit lora.

123 Μαζὸς, οῦ, ὁ, mamilla; *à* μάσσω, exprimo; *vel à* μύζω, *vel* μυζάω, sugo; *hinc* Ἀμάζωνες, *quia abscindebant unam mamillam, ut meliùs pugnarent; ab* α *privat. et* μαζὸς· *sed* μᾶζα, *sive* μάζα, *in Eiresione* 6. *est genus edulii, ex lacte et farinâ; vel, ut alii volunt*, panis bis coctus; *à* μάττω, *fut.* ξω, pinso.

124 Σίδηρος, ὁ, *vel* σίδηρον, ου, τὸ, ferrum; *meton.* ensis, *aut alia res ex ferro confecta; hîc pro sagittæ cuspide; à* σίζω, strideo; *quod dicitur de ferro candente, cùm in aquâ restinguitur;* σίζω *autem à sono.*

Κυκλοτερὴς, εος, ὁ ϰ̀ ἡ, *propriè,* tornando rotundus factus; *et generaliter ita rotundus, ac si torno ad orbicularem rotunditatem exactus esset; exponitur et* orbicularis, rotundus, circularis, teres; *à* κύκλος, ȣ, ὁ, circulus, *et* τερέω, terebro, torno.

Ὀξυβελὴς, έος, ὁ ϰ̀ ἡ, acutus, celeriter emissus; *ab* ὀξὺς, εῖα, ὺ, *et* βάλλω. 126

Ἀγελείη, ας, ἡ, prædas agens, prædatrix. *Minervæ epithet. ab* ἄγω, 128
duco, *et* λεία, ας, ἡ, præda.

Χρὼς, οὸς, ὁ, cutis, *propriè, à* χρόος, ȣ, ὁ, *idem; quod à* χρόα, color, 130
Ion. χροία· aliquando *superficies, in quâ color est; peculiariter* corpus, *seu* cutis hominis.

Ἰθύνω, *fut.* νῶ, dirigo: *ab* ἰθὺς, εῖα, rectus; *sed* ἰθύω, λ. 551. rectè 132
feror, cum impetu progredior.

Ζωςὴρ, ῆρος, ὁ, balteus; *à* ζώννυμι, cingo.

Ὀχεὺς, έος, ὁ, retinaculum, annulus, *pl.* ὀχῆες, *ab* ἔχω.

Ἤντετο, occurrebat, 3. *sing. imperf. verbi* ἄντομαι *pro* ἀντάω.

Ἐλήλατο, 3. *sing. plusquamperf. pass. ab* ἐλάω, *idem quod* ἐλαύνω, *perf.* 135
pass. ἤλαμαι, *et cum Att. reduplicat.* ἐλήλαμαι, π. 518. *hinc* ἐληλέδαται, *Od.* η. 86. *pro* ἐλήλανται, *Ion. pro quo alii legunt* ἐρηρέδαται.

Μίτρα, ας, ἡ, *Ion.* μίτρη, lamina ferrea, cingulum militare, fascia, 137
quâ caput obligatur; dicitur quasi μίτηρα, *à nomine* μίτος, ȣ, ὁ, licium, filum; *alii dictum volunt quòd sit* περὶ τὰ ἦτρια ζώνη.

Ἔρυμα, ατος, τὸ, tutamen; *ab* ἐρύω, servo, traho.

Ἄκων, *et* ἄκȣς, οντος, ὁ, jaculum; *ab* ἀκὴ, ῆς, ἡ, cuspis.

Ἐπιγράφω, *fut.* ψω, inscribo, perscribo, leviter vulnero; *ut hîc;* 139
à γράφω, scribo; *hinc* ἐπιγράβδην, strictim, φ. 166.

Ὠτειλὴ, ῆς, ἡ, vulnus; *ab* ȣτάω, vulnero; *idem* ȣτάσκω, *et* ȣτάζω. 140

Ἐλέφας, αντος, ὁ, *propriè,* elephas: *hîc autem* ebur, *totum pro parte:* 141
ut βȣ̃ς, *pro pelle bovinâ;* κάρα πρόσωπον, *pro vultu; dicitur,* ἐλέφας, *quasi* ἐλέβας (*ait* Coul.) *ab* ἕλος, εος, τὸ, palus, *et* βαίνω, subeo; *ob molem corporis init in aquâ palustri; vel* (*ut Plinius*) *ob pudorem se amne perfundit; seu ab* ἐλεφαίρω, noceo; *aut ab* ἑλίσσω, volvo: *proboscidem enim habet, et nasum tortuosum et involutum.*

Φοῖνιξ, ικος, ὁ, purpura; ἀπὸ τῶν Φοινίκων, qui primùm purpureum colorem invenerunt; *vel, à* φόνος, ȣ, ὁ, sanguis. *Vide* ζ. 220.

Μιαίνω, inquino, tingo, polluo, *aor.* 1. ἐμίηνα.

Παρήϊος, ȣ, ὁ ϰ̀ ἡ, ad genam pertinens; *vel,* παρήϊον, ȣ, τὸ, ornamen- 142
tum quod apponitur in maxillis equorum, *ut hîc; est et* παρήϊον, π. 159. *idem quod* παρειὰ, ας, ἡ, gena, maxilla; *à quo derivatur.*

Ἠρήσαντο, 3. *pl. aor.* 1. *med. verbi* ἀράομαι, precor, opto; *ab* ἀρὰ, 143
ας, preces.

Ἐλατὴρ, ῆρος, ὁ, impulsor, *aut* agitator *in genere: in specie,* agitator equi, 145
auriga, remex; *ab* ἐλάω, *quod ab* ἐλαύνω, agito, impello, ferio, expello.

Μιάνθην, *pro* ἐμίανθεν, *Bœot. pro* ἐμιάνθησαν, 3. *pl. aor.* 1. *pass. vel pro* 146
μιανθήτην, *per syncop.* 3. *dual. aor.* 1.

Εὐφυὴς, έος, ὁ ϰ̀ ἡ, robustus, *propriè, qui à naturâ habet, ut sit ad* 147
aliquid habilis; ab εὖ, *et* φῦμι, bene sum.

Ὄγκος, ȣ, ὁ, tumor; *est etiam* ὄγκος, amplitudo, dignitas; *aliquando* 151
extrema pars gladii; *vel alicujus talis,* cuspis, *quia prominet, ut hîc: ab* ἐξέχω, promineo.

157 Ἀπέτισαν, pœnas luebant, *3. pl. aor.* 1. *verbi* ἀποτίω.

161 Πατέω, *f.* ήσω, calco, ambulo. *Metaph.* contemptui habeo; *hinc* περιπατέω, circumcalco, obambulo; πάτησαν, *pro* ἐπάτησαν, *3. plur. aor.* 1. *hinc* πάτος, ȣ, ὁ, via trita; *à quo* ἀποπατέω, *à* via recedo.

164 Ὀλώλῃ, 3. *sing. perf. med. subjunct. cum reduplicat. ab* ὄλλυμι *pro* ὦλα.

166 Ὑψίζυγος, ȣ, ὁ καὶ ἡ, summus trutinator rerum humanarum, sublimis quocunque modo, *ab* ὕψος, εος, τὸ, altitudo, *et* ζυγὸν, ȣ̃, τὸ, jugum, trutina.

167 Ἐρεμνὸς, ἡ, ὸν, niger, tenebrosus, horrendus; *per tmesin, pro* ἐρεβεννὸς, ἡ, ὸν, *ab* ἔρεβος, εος, τὸ, Erebus, inferi.

170 Μοῖραν ἀναπλήσῃς βιότοιο, fatum adimpleveris vitæ. *sed* ε. 544. ἀφνεὸς βιότοιο, dives opum, βίοτος, *enim est* vita, victus: *omne quod ad victum pertinet; à* βιὸς, ȣ, ὁ, vita, *Od.* ο. 409. παρὰ τὸ βιῶ, *quid enim aliud vita quàm via?* βιος, *oxyt.* arcus, α. 49. *à priori* βιότης, ητος, ἡ, *Hym. in Mart.* 10. *idem quod* βίος.

171 Πολυδίψιος, ιȣ, ὁ καὶ ἡ, multum siticulosus; *à* δίψα, ης, ἡ, sitis; *quod ab* ἴπτω, lædo, *quasi* ἴψα. *Dicitur autem* πολυδίψιον Ἄργος, siticulosum Argos (*ut annotat.* Coul.) *quia Argos ante Herculem erat* ἄνυδρον, *sine aquâ; ruptis autem in Lernâ fontibus, fuit* ἔνυδρον, *irriguum. Fabulam refert Didymus ita: Peloponnesum diu caruisse fontibus, donec Neptunus uni ex filiabus Danai, quem deperibat, fontes indicavit; vel, quia ejusdem Danai filiæ primæ puteos foderunt. Duas ibidem interpretationes longè diversas affert,* πολυδίψιον *dici metaph. pro* πολυδιάφθορον, *exitiale propter bella; vel* πολυπόθητον, *multum optandum, petita à sitientibus locutione, qui aquam enixè petunt.*

174 Ὀστέον, *contract.* ὀςȣ̃ν, ȣ̃, τὸ, os, ossis; παρὰ τὸ ἱςὰν, *ossa enim sunt* τὸ αἴτιον τῆς ςάσεως, *firmitatis causâ.*

Πύθω, *f.* σω, putrefacio; *hinc* πύον, ȣ, τὸ, pus; *hinc* πύθων, ωνος, ὁ, *draco quem Apollo interfecit; quia nubes, quas sol dissipat, sunt quasi putrefactiones terræ.*

176 Ὑπερηνορέω, ultra virum possum, superbio, ferocio; *ab* ὑπερήνωρ, ορος, ὁ καὶ ἡ, supra modum virilis, fortis, superbus; *ab* ὑπὲρ, *et* ἀνὴρ.

182 Χαίνω, hisco, dehisco, *fut.* χανῶ, χάνοι, *3. sing. aor. 2. optat. verbi* χάσκω, *et* χασκάζω, *idem.*

183 Ἐπιθαρσύνω, audacem reddo, confirmo, animum addo; θαρσύνω, *idem; à* θάρσος, εος, τὸ, fiducia.

Δειδίσσεω, terrefacias, *2. sing. imperat. verbi* δειδίσσομαι *pro* δειδίσσȣ.

185 Καιρὸς, ȣ̃, ὁ, opportunitas temporis; *hinc* καίριος, ιȣ, ὁ καὶ ἡ, *vel* καίριος, ία, ιον, opportunus, lethalis, *ut hîc.*

Πάγη, *pro* ἐπάγη, *3. sing. aor. 2. pass. à* πήγνυμι· πάγεν, λ. 571. *aor. 2. act.*

186 Παναίολος, όλȣ, ὁ καὶ ἡ, omnino varius, multùm variegatus, ornatu vario insignitus; *à* πᾶς *et* αἴολος, η, ον, pictus, variegatus. *Vide* γ. 185.

Σῶμα, ατος, τὸ, lorica, vestimentum, quo cingimur, seu præcingimur, vestis ad præcinctum idonea, *Dor.* ξῶμα, *Eustath. refert idem esse quod* ζωςὴρ, ῆρος, ὁ, *à* ζώννυμι, cingo.

Φίλος, *Attic. pro* φίλε. *Vocat. idem cum nomin.* 187

Ἐπιμάσσομαι, *f.* ξομαι, tango, *ita ut persentiscas,* tactu exploro; 189 *aliquando* prehendo, *Odyss.* τ. 480. abstergo, *Odyss.* τ. 468. *à* μάσσω, *sive* μάττω, tango, *idem quod* ἅπτομαι.

Φάρμακον, ου, τὸ, medicina, venenum, *quando* medicinam *significat,* 191 *dicitur quasi* φέρων ἄκος, remedium afferens; *quando* venenum, *quasi* φέρων ἄχος, dolorem ferens: *hinc* φαρμάσσω, *Odyss.* ι. 393. intingo, *propriè,* veneno afficio.

Παπταίνω, circumspicio, circumlustro, intueor; *quasi* φαπταίνω· 200 πανταχοῦ τὰ φάη τιταίνω, undique oculos vibro, *hinc aor.* 1. ἐπάπτηνα, δ. 497. ἀμφὶ ἓ παπτήνας, circum se spectans.

Βὰν, *pro* ἔβαν· *hoc autem per syncop. pro* ἔβησαν· *à* βαίνω, *aorist.* 2. 209 ἔβαν, *quasi à* βῆμι· *hinc partic.* βὰς, ᾶσα, ὰν.

Βλήμενος, η, ον, vulneratus; *pro* βεβλημένος, *seu potiùs pro* βλέμενος· *à* 211 βλῆμι, *ut* διζήμενος: *hinc in optat.* βλεῖω, ν. 288. βλῆτο, 518. *hujus libri;* *à* βάλλω, projicio.

Ἀγηγέραται, *Attic. et Ionic. pro* ἠγερμένοι εἰσὶ, *ab* ἀγείρω, congrego.

Ἐκμυζέω, *vel* άω, *f.* ήσω, exsugo, sugo: *à* μύζω, *idem.* 218

Ἤπιος, ία, ιον, mitis, clemens, benignus; *ab* ἥδω, jucunditate et suavitate afficio; *et inde quidam scribunt* ἥπιος, *cum aspirato; vel, ab* ἔπος, εος, τὸ, sermo; *quia affari alios non gravatur; vel, quia omnia sermone præstat; hinc* ἠπιόδωρος, ου, ὁ καὶ ἡ, lenis, qui suavia dat, ζ. 251.

Φίλα φρονέων τινὶ, amicus alicui. 219

Χάρμα, τος, τὸ, lætitia, gaudium; χάρμα, ης, ἡ, lætitia; *apud Hom.* 222 *est,* animus ad pugnam promptus; et eam lætus iniens: *item,* pugna, conflictus; *à* χαίρω, gaudeo.

Βρίζω, *f.* σω, *propriè,* gravatus sum post cibum, adeò ut aliquantisper dormiam, *et generaliùs* dormitare; *sed* βρίθω, sum gravis, onustus sum. 223

Καταπτώσσω, metu consternor; *idem* -πτωκάζω, δ. 372. 224

Φυσιόω, *f.* ώσω, anhelo, tumeo: *à* φυσάω, *vel* φυσσάω, sufflo. 227

Κάματος, ου, ὁ, labor, defatigatio; *à* κάμνω, fatigor, gravor; *hinc* καματηρὸς, ρὰ, ρὸν, laboriosus, *Hymn. in Venerem,* 247. 230

Ἐπιπολέω, obambulo; *item* ἐπιπωλέω, ἐπιπωλεῖτο, 3. *sing. imperf.* 231

Θοῦρις, δος, ἡ, impetuosa; *à masculino* θοῦρος, ου, ὁ, ε. 30. qui cum impetu assultat; *à* θόρω, salio. 234

Ἀρωγὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, auxiliator; *ab* ἀρήγω, auxilior, *vers.* η *in* ω. ἀρωγὴ, 235 ῆς, ἡ, auxilium, δ. 408.

Γὺψ, υπὸς, ὁ, vultur; παρὰ τὸ γυρεύειν τὰ χείλη, *quia habeat curva et* 237 *adunca labia.*

Ἰόμωρος, ου, ὁ καὶ ἡ, jaculator, et jaculis destinatus, *quasi* ὁ μόρον ἐμποιῶν 242 ἐν ἰοῖς, mortem inferens jaculis; *vel,* ὁ περὶ τοὺς ἰοὺς μεμορημένος, telis malè exceptus; *ab* ἰὸς, jaculum, *et* μόρος, ου, ὁ, fatum, *verso* ο *in* ω.

Σέβομαι, veneror, adoro, erubesco; *à* σέβω, *idem: à* σέβας, *indeclinabile,* veneratio, admiratio, pudor, *et* indignatio.

Τίφθ' *pro* τίπτε, *poët. pro* τίποτε, quid tandem? cur? 243

Θάπτω, sepelio; *hîc* stupeo, *in quâ significatione usurpatur, aor.* 2. ἔταφον· ταφὼν δ' ἀνόρουσεν Ἀχιλλεὺς, *Iliad.* ι. 193. admiratus verò sur-

rexit Achilles, *et præt. med.* τέθηπα, *part.* τεθηπὼς, υῖα, ὸς, *ut hîc ;* ἔσητε τεθηπότες, statis stupidi ; *derivatur à* θῶ, pono, colloco : *ut* παρὰ τὸ βῶ, *fit* βάζω· ἀΐδιον γὰρ ἔχουσι τὴν ἀποθεσιν οἱ θαπτόμενοι, sepulti enim occupant sedem sempiternam.

Νεβρὸς, ȣ, ὁ, hinnulus : *quasi* νέποροs, qui nondum ingredi potest, *vel à particulâ* νε, *et* βορὰ, ᾶς, ἡ, pabulum, abstinens à pastione ; *aut à* νεωςὶ ἐπὶ βορὰν ἐλθὼν, recèns veniens ad pastum.

248 Εὔπρυμνος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, pulchram puppim habens ; *à* πρυμνὴ, ῆς, ἡ.

251 Οὐλαμὸς, ȣ, ὁ, condensum agmen, *propriè*, multitudo quinquaginta equitum, quadrangulari formâ disposita : *vel (ut annotat* Coulon, *ex Etymol. caterva constans ex quatuor et quadraginta militibus ; ab* ȣ̓λος, η, ον, integer, sanus, *item*, tener, mollis ; *item*, fascis manipulorum ; *item*, crispus : *vel fit ex* ὁμοῦ, *et* εἰλεῖσθαι, simul cogi. *Catervarum, apud Homer. inveniuntur quatuor genera :* ἐλαμὸς, *hîc ;* φάλαγξ, β. 559. ςίξ, β. 525. πυργὸς, δ. 334. *de quibus vide suis locis.*

253 Σῦς, υὸς, ὁ ϗ ἡ, aper, sus ; παρὰ τὸ σεύεσθαι, *seu* σύεσθαι, cum impetu ferri.

254 Πύματος, άτη, ον, extremus, ultimus : *à* πυθμὴν, ένος, ὁ, ima pars, fundus.

256 Μειλίχιος, ία, ον, blandus, placidus ; *à* μείλιχος, ὁ, *idem ; à* μελίσσω, mellitum reddo. *Metaph.* verbis demulceo.

258 Ἀλλοῖος, οία, οῖον, alius atque alius, diversus ; *ab* ἄλλος, η, ον, alius.

259 Γερούσιος, ίȣ, ὁ ϗ ἡ, vetustus, *ad senes pertinens, qui senibus honorario datur ; à* γέρων, οντος, ὁ, senex.

260 Κέρωνται, 3. *pl. aor.* 2. *subjunct. med.* κεράννυμι, *vel* κεράω, misceo.

262 Δαιτρὸς, ȣ, ὁ, coquus ; *à* δαίω, divido ; *est enim coqui dividere escas frustulatim, et sedentibus in mensâ distribuere, Odyss.* α. 141. δαιτρὸς δὲ κρειῶν πίνακας παρέθηκεν ἀείρας, coquus carnium lances apposuit sumens ; *et metaph.* μεμερισμένον, divisum ; *aliquando* δαιτρὸν, *adverbialiter*, divisim, per vices, *ut hîc ; hinc* δαιτρεύω, *fut.* σω, λ. 687. dividere.

265 Ἀγὸς, ȣ, ὁ ϗ ἡ, dux, *ab* ἄγω, duco.

Ἐρίηρος, ȣ, valde congruus, *ex* ἔρι, *et* ἄρω, apto.

272 Γηθόσυνος, ύνη, υνον, lætus ; *à* γηθέω, *supra : hinc* γηθοσύνη, ης, ἡ, gaudium, ν. 29.

Κορυσσέσθην, armabantur galeâ, 3. *dual. imperf. pass. verbi* κορύσσω.

275 Σκοπιὰ, ᾶς, ἡ, specula ; *à* σκοπέω, speculor.

276 Ἰωὴ, ῆς, ἡ, tumultus, vox, clamor, splendor, fumus, flatus, *quasi ab* ἵημι, mitto.

277 Πίσσα, ης, ἡ, pix ; *est etiam* Πίσση, *nomen loci, Hymn. in Pan.*

278 Λαῖλαψ, απος, ἡ, turbo procellosus, ventus imbre permixtus ; παρὰ τὸ λίαν ἅπτεσθαι, *quia robustè aut valdè tangit et torquet, vel à* λίαν, *et* λάπτω, lambo.

279 Σπέος, εος, τὸ, spelunca ; *pro quo poët.* σπεῖος, *Odyss.* ε. 194. *Ionic.* σπῆος, *Iliad.* π. 83. *dat. pl.* σπέσσι, *poët. Odyss.* α. 15. *Ion.* σπήεσσι, *Odyss.* ι. 400.

281 Κίνυμι, *idem quod* κινέω, moveo, κίνυντο, 3. *pl. imperf. pass. Ion.*

Φρίσσω, *propriè de mari,* horreo, *fut.* ξω, *præt.* χα· *à* φρὶξ, κὸς, ἡ, 282
maris, vel fluctuum fremitus; *hinc* φρίκη, ης, ἡ, frigoris horror, algor.

Τέτμω, *per reduplicat. à* τμῶ, *pro* τμάω, scindo; *inquit Eustath. se-* 293
cundùm quem τέτμω *significat,* ἐν ἐπιτομῇ, καὶ συντόμως λαμβάνειν, brevì
accipere, citò invenire; *hinc* ἔτετμε, 3. *sing. imperf. ut hîc.*

Ὄχεσφι, *ab* ὄχος, εος, τὸ, *multa nomina declin. secundæ, tertiæ, et* 297
quintæ, habent syllabam φι *fini additam; et fiunt indeclinabilia: neu-*
tra autem in ος *priùs mutant* ο *in* ε, *vel potiùs Ion. pro* ὄχεσιν, *dat. plur.*

Ἕρκος, εος, τὸ, septum, *ab* εἴργω, includo.

Ἔμεν, esse, *Ion. pro* εἶναι, *ab* εἰμὶ, sum.

Ἀναγκαίη, ης, ἡ, necessitas, *vel* ἀναγκαίῃ *in dativ. adverbialiter,* ne- 300
cessariò, *ab* ἀναγκαῖος, αία, αῖον, necessarius; *hoc verò ab* ἀνάγκη, ης, ἡ,
necessitas: *quod ab* ἀνάσσω, regno; *necessitas enim* ἀνάσσουσα πάντων
ἐπικρατεῖ, *omnibus imperat; vel,* παρὰ τὸ ἄγειν πάντα, *omnia enim com-*
plectitur, et ducit; vel dicitur quasi πρὸς ἣν ἄκος οὐκ ἐστὶν εὑρεῖν, *est ine-*
vitabilis, et adversus ejus decreta vis nulla resistere potest; vel, quasi
ἀκίνητος οὐσία ὢν, immobilis substantia.

Ἐχέμεν, *Ion. et Dor.* ἐχέμεναι *pro* ἔχειν, habere.

Κλονέομαι, moveo, quatio, turbo: *à* κλόνος, ου, ὁ, motus, tumultus; 302
quod à κλάω, frango; *est enim* κλόνος, fractio obstrepera.

Ἱπποσύνη, ης, ἡ, equitandi peritia: *ab* ἵππος, ου, ὁ. 303

Ἠνορέα, ας, ἡ, *vel Ion.* ἠνορέη, virilitas, vigor; *ab* ἀνὴρ, vir.

Ὀρεξάσθω, porrigat, extendat, 3. *sing. aor.* 1. *imperat. med. verbi* 307
ὀρέγω.

Ἔμπεδος, ου, ὁ καὶ ἡ, stabilis, firmus; ἐν τῷ πέδῳ, stans in terrâ; *à* πέ- 314
δον, ου, τὸ, solum.

Ὁμοίιος, *poët. pro* ὁμοίος, οία, οιον, similis. *Quidam tamen gram-* 315
matici componunt ὁμοίιος, *ex* ὁμοῦ, *et* ἰέναι, *nam* ὁμοίιον γῆρας *exponunt*
τὸ πᾶσιν ὁμοίως ἐπερχόμενον, *æquè ad omnes veniens; quidam ex* ὁμοῦ,
et οἴεσθαι, puto; περὶ οὗ πάντες ὁμοίαν ἔχουσι δόξαν, *de quo omnes eandem*
tenent sententiam; vel, ab οἴω, fero, τὸ ὁμοίως πᾶσι φορτικὸν, *æquè om-*
nibus molestus, ut hîc; ὁμοίιος, similis; *hîc,* æquè molestus; *ab* ὁμὸς,
ἡ, ὸν, similis.

Αἰχμάζω, *vel* αἰχμάσσω, pugno, vibro, aut tracto hastam; *gemina-* 324
tur σ *poët. ab* αἰχμὴ, ῆς, ἡ, cuspis.

Μήστωρ, ωρος, ὁ, consultor, peritus; *à* μῆδος, εος, τὸ, cura. 328

Πύργος, ου, ὁ, *vid.* γ. 153. 334

Κεκασμένος, η, ον, ornatus, *part. perf. pass. verbi* κάζω. 339

Καυστειρὸς, ὰ, ὸν, ardens, fervens; *à* καίω, καύσω, uro. 342

Ἀντιβολέω, *fut.* ήσω, *hîc cum genit. significat idem quod* μετέχω, par-
ticeps sum; *cùm regit dativum significat* occurro, *ut* η. 114. *significat*
aliquando oro, obsecro; *ab* ἀντιβάλλω, *quod ab* ἀντὶ, *et* βάλλω.

Ἀκουάζω, *idem quod* ἀκούω· δαιτὸς ἀκουάζεσθον, *exponunt,* vocamini ad 343
cœnam.

Ὁπλίζω, *f.* σω, armo, paro *in genere; ab* ὅπλον, ου, τὸ, *plur.* ὅπλα, 344
arma, et instrumenta omnia nautica et bellica.

Ἔδμεναι, *Attic. pro* ἐδέμεναι *pro* ἔδειν· *ab* ἔδω, edo. 345

Ὀπταλέος, έα, έον, assatus; *ab* ὀπτάω, asso.

346 Μελιηδὴς, *et Dor.* μελιαδὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, dulcis instar mellis; *à* μέλι, mel; *et* ἡδὺς, εῖα, ὺ, suavis.

355 Ἀνεμώλιος, ε, ὁ ϗ ἡ, ventosus, futilis; *ab* ἄνεμος, ε, ὁ, *quasi* ἀνεμώνιος.

Βάζω, *fut.* ξω, dico, loquor; *vox poëtica; à* βοὴ, ῆς, ἡ, clamor, βοάζω, *et syncop.* βάζω.

359 Περιώσιος, ε, ὁ ϗ ἡ, sanctissimus supra cæteros, supra modum superans; *à* περὶ, *et* ὅσιος, ία, ιον, sanctus, *vel quasi* περιαύσιος, qui facilè exaudiri potest; *à* περιαύω, admodum clamo: περιώσιον, magnopere.

361 Δῆνος, εος, τὸ, consilium; *à* δὴν, diu: *eò quòd diu sit consultandum.*

362 Ἀρέσκω, *fut.* 1. ἀρέσω, placo, *ab* ἄρω, apto; *nam cùm aliquem placare desideramus, nos ejus moribus accommodamus;* ἀρεσσόμεθα, *poët. pro* ἀρεσόμεθα, 1. *pl. f.* 1. *med.*

363 Μεταμώλιος, ε, ὁ ϗ ἡ, *pro* μεταμώνιος, *Attic. qui pro* ν, *dicunt* λ. vanus, irritus, ventosus; *ab* ἄνεμος, ventus; *vel à* μετὰ, *particulâ negat.* μὴ, *et* ὀνῶ, juvo.

366 Κολλητὸς, ἡ, ὸν, conglutinatus, adjunctus, bene compactus; *à* κολλάω, conglutino, juncto, *à* κόλλα, ης, ἡ, gluten.

367 Καπανήϊος, *Ion. pro* Καπανεῖος, *pro* Καπανέος, *in genit. à nomin.* Καπανεὺς, *proprium; à* κάπτω, comedo; *item* spiro, flo, *est et* Καπανῆος, β. 564. *hinc* Καπανηϊάδη, *patronymicum,* ε. 109.

371 Ὀπιπτεύω, *fut.* σω, circumspicio: *per reduplicat. ab inusitat.* ὀπτεύω, *ab* ὄπτομαι, video.

Γέφυρα, ας, ἡ, pons, *semita inter diversos aciei instructæ ordines; dicitur quasi* γήφυρα, ἡ ἐφ' ὑγρῦ γῆ, terra super humido posita; *hinc* γεφυρόω, *fut.* ώσω, ponte tego. *Iliad.* φ. 357.

381 Παραίσιος, ε, ὁ ϗ ἡ, dirus, infaustus: *à* παρὰ, *et* αἶσα, ης, ἡ, fatum, sors; παραίσια σήματα, sinistra Jovis signa. *Illa verò Jovis signa fuêre fulgura, ait Eustath.*

383 Βαθύσχοινος, ε, ὁ καὶ ἡ, profundos habens juncos; *à* βαθὺς, εῖα, ὺ, profundus, *et* σχοῖνος, ε, ὁ, *et aliquando* ἡ, juncus, funis; *laus hæc fluviorum. Inde statuæ illorum junco et arundine redimitæ; est hîc epithet. fluvii Asopi; Hymn. in Dianam, ver. 3. Meletæ.*

390 Ἐπίῤῥοθος, ε, ὁ ϗ ἡ, adjutor, auxiliator; *item,* utilis; ῥόθος, ε, ὁ, undarum strepitus; *item* impetus; *à* ῥέω, *fut.* ῥεύσω, fluo; *adeò ut* ἐπίῤῥοθος *dicatur ille, qui magnâ aliquem animi contentione juvat.*

391 Κέντρον, ε, τὸ, stimulus, calcar, centrum, punctum in medio globi; *hinc* κέντωρ, ορος, ὁ, stimulator.

400 Εἴω, *Ion. pro* ἕ.

402 Ἐνιπὴ, ῆς, ἡ, objurgatio; *ab* ἐνίπτω.

406 Ἑπτάπυλος, ε, ὁ καὶ ἡ, septem portas habens; *ab* ἑπτὰ, septem, *et* πύλη, ης, ἡ, porta; ἑπτὰ, *autem quasi* σεπτὰ, *à* σέβω, veneror; *et quia poëtæ aliquid sanctum et sacrum huic numero esse crediderunt, attribuunt epitheton ex* ἑπτὰ *compositum rebus, quas dignas laude arbitrantur; hîc* Θήβης ἑπταπύλοιο, *Iliad.* η. 220. σάκος ἑπταβόειον, *de Ajacis clypeo, &c.*

407 Ἀγαγόνθ', *pro* ἀγαγόντε, *part. aor.* 2. *ab* ἤγαγον, *pro* ἦγον, *aorist.* 2. *verbi* ἄγω.

408 Ἀρωγὴ, ῆς, ἡ, auxilium; *ab* ἀρήγω.

Ἀτασθαλία, ας, ἡ, improbitas; *item* petulantia; *fit ab* ἀτάσθαλος, 409
ε, ὁ καὶ ἡ, improbus, malorum auctor; ἀπὸ τοῦ ταῖς ἄτοις θάλλειν, *ut sit is, à quo mala quasi germinant: vel, ab* ἄτη θαλίας, noxa et clades convivii, *ut sit nocua improbitas ob violentiam quorundam agrestium, qui laborantes edendi penuriâ, cùm quid viderent, confestim in illud irruentes rapiebant; hinc* ἀτασθάλλω, *Odyss.* σ. 57. improbè ago.

Ἔνθεο, *aor. 2. med. imperat. Ion. pro* ἔνθου, *quod Atticè ponitur pro* 410
ἔνθεσο· *est et* ἔνθεο, *aor. 2. med. ind. pro* ἐνέθου, *quod Attici pro* ἐνέθεσο, ζ. 326. *ab* ἐντίθημι, pono, impono, concipio.

Τέττα, *adverb. benevolentiæ, quo seniorem junior compellat, honoris* 412
aut benevolentiæ gratiâ; τέττα φίλου, ἄττα τροφέως, πάππα πατρὸς, ἠθεῖ' ἀδελφοῦ· τέττα, amici; ἄττα, nutritii; πάππα, patris; ἠθεῖ', fratris, Coul.

Δηόω, *fut.* ώσω, vasto, uro, *per syncop. pro* δηϊόω, *vel* δηϊάω, depello, 416
igni et ferro vasto; *à* δαίω, uro; *vel, à* δαΐς, ΐδος, ἡ, pugna.

Βράχω, *fut.* ξω, sonum edo. *Onomatopœïa dictio facta à sono, quem* 420
virga aut jaculum reddit, cùm vibratur.

Ταλασίφρων, ονος, ὁ καὶ ἡ, qui animo patienti est, et forti; *à* τάλασις, 421
εως, ἡ, patientia; *quod à* ταλάω, fero, *et* φρὴν, ενος, ἡ, *est et* ταλάφρων, ονος, ὁ καὶ ἡ, *idem,* ν. 299.

Κορύσσω, armo; κορύσσομαι, armor, impetu feror, attollor, *ut hîc;* 424
à κόρυς, θος, ἡ, galea.

Χέρρος, *sive* χέρσος, ου, ὁ καὶ ἡ, desertus, incultus; χέρσος γῆ, deser- 425
ta terra; χέρσος *etiam substantivè,* inculta terra; *et sæpè simpliciter,* terra; *dicitur quasi* ἐξ ἧς ἐστι χερσὶ προσάπτεσθαι, *quia potest manibus excoli.*

Ἄκρα, ας, ἡ, summitas, promontorium, extremitas, littus: *quia est terræ extremitas; ab* ἄκρος, ρα, ρον, summus.

Κορυφόω, *fut.* ώσω, erigo, attollo, impleo; *à* κορυφὴ, ῆς, ἡ, vertex, 426
summa pars capitis.

Πτύω, *fut.* σω, spuo; *mare etiam dicitur* πτύειν, *cùm eructat, et exspuit;* ἀποπτύω, *idem.*

Ἄχνη, *et* ἄχνα, ης, ἡ, paleæ in frumento; *item,* spuma, *vel* ejectamentum maris, *ut hîc.*

Νωλεμὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, indesinens, fortiter persistens; *hinc* νωλεμὲς 428
(*cui et aliquando additur* αἰεὶ, *ut Iliad.* ι. 317. νωλεμὲς αἰεὶ, semper assiduè) νωλεμέως, indesinenter; *à* νὴ, *privat. et* λείπω, *quasi* νωλεπής.

Σημάντωρ, ορος, ὁ, qui signum dat classicum canendo, dux; *à* σημαί- 431
νω, signum do, *et* jubeo; *quod à* σῆμα, τος, τὸ, signum.

Πολυπάμμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, dives; *à* πολὺς, *et* πάμμα, ατος, τὸ, posses- 433
sio; *à* πάω, possideo, pascor.

Αὐλὴ, ῆς, ἡ, aula, atrium, locus vacuus, subdialis, ante ædes expositus; *item,* caula; *quoniam stabulantur animalia in hujusmodi locis; ab* ἄω, spiro: *quia ista loca sunt aperta, et facilè à ventis perflata; aliquando est,* regia domus, *ut Il.* ζ. 247. *sed rarò apud Homerum.*

Ἀμέλγω, *fut.* ξω, mulgeo; *παρὰ τὸ ἅμα ἕλκειν, quia unà et simul trahatur; hinc nox dicitur ἀμολγὸς, ȣ̃, ὁ, λ. 173. quia sub noctem pecora solent mulgeri.*

434 Γάλα, γάλακτος, τὸ, lac; *quasi κάλα· παρὰ τὸ κάλον εἶναι εἰς ἀνατροφὴν, quòd lac sit nutritioni aptum, et visu pulchrum; hinc Odyss. δ. 336. hinnulus, qui non ablactatur, dicitur γαλαθηνὸς.*

435 Ἀζηχὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, *tria significat;* (1.) magnum sonum edens; *ab α priv. et ἦχος, ȣ, ὁ,* sonus; *hinc adverbium ἀζηχὲς,* magno cum clamore, *ut hîc.* (2.) durus et aridus, *Iliad. ο. 25. ab ἄζη, ης, ἡ,* ariditas. (3.) indesinenter, ο. 658. *quasi ἀδιεχὴς, et ἄδην ἔχων,* non disjunctus, semper habens.

Μηκάομαι, balo, *propriè caprarum, ut βληχῶμαι, ovium, præt. med. μέμηκα· etiam tribuitur ovibus: unde participium μεμηκὼς, et Dor. μεμακὼς, ῦια, ὸς. Dores enim mutant η in α.*

437 Θρόος, ȣ, ὁ, rumor tumultuarius, tumultuantium clamor, murmur; *item generaliter,* vox, vociferatio; *à θρέω,* lugeo, tumultuando clamo; *hinc θρῆνος, ȣ, ὁ,* lamentatio; *hinc θρηνέω,* lamentor.

Ἴος, ἴα, ἴον, unicus, solus; *est etiam ἰὸς, ȣ̃, ὁ,* jaculum, sagitta; *ab ἵημι,* jaculor.

Γῆρυς, εος, ἡ, vox; *hinc γηρύω,* loquor, sono; *Hymn. in Merc. 425. derivant παρὰ τὸ γῆρας, ἡ γὰρ φωνὴ τοῖς γέρȣσι πρέπει, senes loqui decet, quòd ritè præstant.*

438 Πολύκλητος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, è multis locis evocatus; *ex πολὺς, et κλητὸς, quod à καλέω,* voco.

440 Δεῖμος, ȣ, ὁ, terror; *δεῖμος ϗ φόβος,* terror et timor; *sunt Martis equi, Il. ο. 119. ἵππȣς κέλετο Δεῖμόν τε Φόβον τε ζευγνύμεν, equosque jussit Metum Terroremque jungere; à δείδω, fut. σω,* timeo.

Φόβος, ȣ, ὁ, metus, timor, fuga; *à φέβομαι,* fugio, timeo; *quia quæ timemus, ea fugimus.*

Ἄμοτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, insatiabilis, inexplebilis *in genere; ab α priv. et μοτὸς,* linteum illud quod vulneribus inditur; *hinc ἄμοτος,* qui lineamentis vulnerariis oppleri non potest; *et per consequens,* inexplebilis.

443 Στηρίζω, *fut.* ξω, firmo, confirmo, figo; *ab ἵστημι, cujus significationem retinet, licèt vehementiorem; significat etiam neutraliter* sto, consisto, firmo pedem; *ut Odyss. μ. 434. ȣ̓́τε ϛηρίξαι ποσὶν ἔμπεδον,* neque stare pedibus firmiter.

447 Ῥινὸς, ȣ, ὁ, *vel ἡ,* pellis, cutis; *item,* clypeus, scutum, *figuratiuè; olim enim scuta ex pellibus bubulis faciebant; hinc ῥινοτόρος, ȣ, Il. φ. 392.* clypeos tundens, *epithet. Martis, sed ῥὶν, et ῥὶς, ῥινὸς, ὁ,* nasus.

448 Ὀμφαλόεις, εσσα, εν, umbilicatus, *epithet. sculi; ab ὀμφαλὸς, ȣ̃, ὁ,* umbilicus animalis.

449 Ἔπληντο, *imperf. pass. verbi πλάω, quod per syncop. dicitur pro πελάω,* appropinquo: *formatur anomale ἔπληντο, tanquam à πλῆμι· ἔπλητο autem in 166. Batrachom. pro ἐπέπλητο,* impleta erat, *plusq. perf. verbi πίπλημι, seu πλήθω,* impleo, *vel pro ἐπέπληντο, à πλήθω.*

450 Οἰμωγὴ, ῆς, ἡ, ejulatus, ploratus; *ab οἰμώζω.*

Χείμαῤῥος, ου, ὁ, torrens; *epithet.* ποταμοῦ· *est est* χειμάῤῥοος ποταμὸς, ν. 452
138. *et contract.* χειμάῤῥους, λ. 493. *à* χειμὼν, ῶνος, ὁ, hyems, tempestas, *et* ῥέω, fluo; *quasi* χείματι ῥέων.

Μισγάγκεια, ας, ἡ, locus in convalle, in quâ fit mistio aquarum; *à* 453
μίσγω, misceo, et ἄγκος, εος, τὸ, vallis.

Κρουνὸς, οῦ, ὁ, scaturigo rivorum et fontium, scatebra saliens; *à* 454
κρούω, pulso, *quòd ex montibus* μετὰ κρούσεως, *cum strepitu defluat; vel,* ἀπὸ νάειν κρότῳ.

Ἔντοσθε, intus, intra; *ab* ἐντὸς, intus.

Χαράδρα, ας, ἡ, *Ion.* χαράδρη, sulcus, quem torrens impetu suo facit, alveus; *à* χαράσσω, *fut.* ξω, sculpo, imprimo, signo, scribo.

Δοῦπος, ου, ὁ, sonitus, fragor; *propriè, quem corpus aliquod ad terram allisum edit; hinc* δουπέω, *fut.* ήσω, strepo, tinnio, sono, δ. 504. *fit per onomatopœiam.*

Μέτωπον, ου, τὸ, frons, pars faciei μετὰ τοὺς ὦπας, post oculos, *vel,* in- 460
ter oculos; *hinc* μετώπιον, ου, τὸ, λ. 95.

Σκότος, ου, ὁ, *vel* εος, τὸ, tenebræ, caligo; παρὰ τὸ σκιάζειν, obum- 461
brare; *vel, quasi* σκόπος, ὅτι δεῖ προσκοπεῖσθαι, *quòd prospicere debeat is, qui in tenebris ambulat; vel,* παρὰ τὸ σκέθειν, *quòd sæpè nos tenebræ detineant, ne ultra progrediamur.*

Ἐρείπω, everto, prosterno, *aor.* 2. ἤριπον, *neutraliter significat,* ceci- 462
di, lapsus sum; *hinc partic.* ἐριπὼν, ε. 309. *et* ἐρέριπτο, ξ. 15.

Λελιημένος, η, ον, *part. præs. pass. verbi* λιῶ, *facto ex* λῶ, *poëtic. quod* 465
est, volo, *et* cupio.

Κύπτω, *fut.* ψω, pronus sum, inclino, curvo, κύψας, ασα, αν, *part.* 468
aor. 1.

Ξυστὸν, ου, τὸ, hasta perpolita; *à* ξύω, rado, polio; *à quo et* ξυστὸς, ή, 469
όν, *adject.* perpolitus.

Λύκος, ου, ὁ, lupus. 471

Δνοπαλίζω, *fut.* ξω, fero, quatio, occido; *à* δονέω, *fut.* ήσω, agito, con- 472
cutio, *et* πάλλω, vibro; *vel, quasi* δονέω ταῖς παλάμαις, excutere manibus; *usurpatur etiam, Odyss.* ξ. 512. *pro* amicio; τὰ σὰ ῥάκεα δνοπαλίξεις, tuis te vestibus amicies.

Ἠΐθεος, ου, ὁ, juvenis, innuptus; παρὰ τοῦ αἴθω, uro: *quia juvenes* 474
fervent; dicitur et ἤθεος, ι *subscript. Attic. quod et de virgine dicitur, secundum Eustath. sed* ἠθεῖος, εία, ον, *est* frater, *et* affinis; παρὰ τὸ Θεός.

Θρέπτα, τὰ, nutritionis præmia, *pro* θρέπτρα, *hoc autem pro* θρεπτή- 478
ρια· *à* θρεπτήριον, *quod est à* τρέφω, θρέψω, nutrio.

Αἰὼν, αἰῶνος, ὁ, æternitas; παρὰ τὸ αἰεὶ ὢν, *quia semper est; aliquando,* duratio vitæ hominis, *ut hîc, aliquando* vita ipsa hominis, ε. 685. *et aliarum creaturarum, Hymn. in Merc.* 42. *ponitur et ut* ævum *apud Latinos, pro longiori vitâ.*

Αἴγειρος, ου, ὁ, populus, *videlicet, quoddam genus arboris;* ἀπὸ τῆς 482
ἐγέρσεως, *quòd in altum erigatur; vel,* παρὰ τὸ κατάγνυσθαι, *quòd ventis perculsa frangatur, Odyss.* η. 106. φύλλα μακεδνῆς αἰγείροιο, folia excelsæ populi; *à* μῆκος· *sed* Coul. Macedoniæ: *quia, inquit, frequens est arbor in Macedoniâ.*

483 Εἰαμενὴ, ῆς, ἡ, locus irriguus et herbosus, humectus et uliginosus, pratum: *ab* εἴα, ας, ἡ, herba, gramen.

῞Ελος, εος, τὸ, palus; *quo non* ἑλὴ, *splendor solaris pertingit.*

484 Λεῖος, εία, εῖον, lævis, non asper.

485 Ἁρματοπηγὸς, ȣ, ὁ κ̀ ἡ, qui currum fabricatur; *ab* ἅρμα, τος, τὸ, currus, *et* πήγνυμι, fabricor.

486 Ἴτυς, υος, ἡ, rotæ circumferentia, in quâ radii infiguntur; *aliquando* rota; *ab* ἴω, eo; *quasi in circulo vadens.*

492 Βȣϐὼν, ῶνος, ὁ, inguen, *à* βῶ, incedo, *et particulâ emphaticâ* βȣ, ὁ μεγάλως βαίνων· τοῦ βαίνειν ἐςὶν ὑπερέτης, *gressum juvat. Est etiam tumor in illâ parte, aut collo, aut axillis, &c.*

794 Κεκάδοντο, *pro* ἐχάδοντο, *3. pl. a. 2. Dor. vel Ion. à* χάζω, recedo, retrocedo, *fut. 2.* χαδῶ, *per Anadiplasiasmum, et conversionem* τοῦ χ *in* κ, κεκαδῶ.

502 Ὠκειάων, velocium, *gen. plur. fœm. adj.* ὠκὺς, εῖα, ὺ.

Κόρσῃ, sed *Attic.* κόῤῥῃ, ης, ἡ, crinis, tempora capitis, caput; *à* κείρω, tondeo.

Κρόταφος, ȣ, ὁ, *Ion.* οιο, *idem;* παρὰ τὸ κροτεῖν τὴν ἀφρὴν, *quòd pulsus venarum ibi facilè dignoscatur.*

503 Ἀραϐέω, sono; *ab* ἄραϐος, ȣ, ὁ, strepitus, *maximè is qui fit in bello clamor,* κ. 375. stridor dentium; ἄραϐος δὲ διὰ ςόμα γίνετ᾽ ὀδόντων. *Eustath. dicit* δȣ̃πος *non tam asperum significare sonitum, quàm* ἄραϐος. *Homerus dicit,* corpus in terram cadens δȣπεῖν, arma ἀραϐεῖν· ἄραϐος *autem dicitur,* ἡ ἐν ἄρει βοὴ, in bello clamor, *quasi* ἀράϐοος· *vel,* ἡ ἐν ὄρει βοὴ, in monte clamor, *qui personat, et vocalis est; quasi* ὀράϐοος· *vel* ἡ ἐπὶ τὴν ἔραν βοὴ, ad terram clamor; *quasi* ἔραϐος.

505 Φαίδιμος, ȣ, ὁ κ̀ ἡ, splendidus, illustris; *à* φαιδρὸς, ρὰ, ρὸν, hilaris, splendidus; *idem* φαιδιμόεις, εσσα, εν, ν. 686. φαιδιμόεντες Ἐπειοί· *quod est à* φάω· *hinc* φαείνω, splendeo, *et* φαίνω, luceo.

507 Ἰθύω, *fut.* σω, rectà tendo; ἰθὺς, *et* εὐθὺς, εῖα, ὺ, rectus.

Κέκλετο, *pro* ἐκέκλετο, *3. sing. imperf. à poët.* κέκλομαι, jubeo, hortor; *fit autem* κέκλομαι, *per pleonasm.* τȣ̃ κ. *à* κέλομαι, *idem; quod à* καλέω.

511 Ταμεσίχρως, οος, ὁ κ̀ ἡ, cutim, *seu* corpus vulnerans; *à* τέμνω, *et* χρόος, χροῦς.

513 Θυμαλγὴς, έος, ὁ κ̀ ἡ, animum vexans, animo acerbus; *à* θυμὸς, ȣ, ὁ, animus, *et* ἀλγέω, doleo.

Πέσσει, coquit, *3. sing. ind. præs. Æol. pro* πέπτει.

515 Τριτογένεια, *Minervæ epitheton. à* τριτὼ, όνος, ἡ, *Bœotic.* caput, *et* γίνομαι. *Poëtæ enim fingunt illam à capite Jovis esse genitam; vel à* τρίτος, tertius; *quòd nata sit tertiâ mensis die, aut quia eadem cum Lunâ est, quæ tertiâ à coïtu die apparet; vel, quia Minerva est ipsa prudentia, cujus tres sunt partes; bene deliberare, ritè judicare, justè facere,* Coul.

518 Χερμάδιον, ȣ, τὸ, lapis magnus, qui manum implere possit; *vel,* qui unâ manu sustolli potest; *à* χεὶρ, manus, *et* μάσσω, tango.

Ὀκρυόεις, εσσα, εν, horrendus, dirus, tristificus; *ut* ζ. 345. Δᾶερ ἐμεῖο κυνὸς ὀκρυοέσσης, levir mei, quæ sum canis horrenda, *pro* κρυόεις, *Il.* ε. 740. κρυόεσσα ἰωκὴ, horribilis insequentium impetus; *à* κρύος,

εος, τὸ, frigus, *quasi κρύες κ̧ φόβε ποιητικὸς· nisi potiùs hîc sit legendum ὀκριόεντι, longas prominentias habens, asper, ut et Θ. 327. tum enim derivatur ab ὄκρις, idem quod ἄκρις,* summum cacumen, et prominentia; *hoc autem ab ἄκρος, α, ον,* summus.

Τένων, οντος, ὁ, tendo, nervus, *à τείνω,* tendo; *quia præcipua eorum actio intensione consistit.* 521

Ἀναιδὴς, έος, ὁ κ̧ ἡ, impudens, inverecundus. *Metaph. tribuitur rebus inanimatis, ut hîc, λᾶας ἀναιδὴς,* lapis asper; *ab α priv. et αἰδὼς,* pudor, verecundia.

Ἄχρις, *seu ἄχρι,* usque ad, tenus, prorsus; *à μέχρι, vel μέχρις,* 522
idem.

Ἀπηλοίησεν, 3. *sing. aor.* 1. *ab ἀπαλοιάω,* tero, contundo, confringo; *ab ἀπὸ, et ἀλοιάω, per pleonasm. ι, pro ἀλοάω,* trituro, *aliquando* frango, communio; *ab ἀλωὰ, ᾶς, ἡ,* area, *in quâ teritur, seu trituratur frumentum.*

Χολὰς, άδος, ἡ, intestinum; *dicitur παρὰ τὸ δέχεσθαι τὸ χολῶδες τε ἥπατος, quòd bilem hepatis recipiat; vel, à χαλάω,* laxo; *quòd laxum sit; vel, à κοῖλος,* cavus. 526

Πνεύμων, ονος, ὁ, pulmo; *à πνέω,* spiro; *est enim pulmo flatûs et spiritûs dispensator.* 528

Ἀγχίμολος, ε, ὁ κ̧ ἡ, propinquus, qui propè accessit; *usurpatur sæpè ut substant. cum præpositione ἐξ· ut Il. ω. 352. ἀγχίμολον, adverbialiter,* cominus; *à μολέω,* venio, vado, *et ἄγχι,* prope. 529

Γαστὴρ, ἡ, venter. *Gen. γαστέρος, per syncop. γαστρὸς· παρὰ τὸ γῶ,* capio; *quòd sit insatiabilis venter.* 531

Αἴνυμαι, aufero, capio, *αἴνυτο, 3. sing. imperf. Ion. pro ἤνυτο.*

Ἀκρόκομος, ε, ὁ κ̧ ἡ, comatus in vertice; *ab ἄκρος, α, ον,* summus, *et κόμη, ης, ἡ,* coma. *Thraces item dicti, quia cæsariem alebant in bello. Coma enim reverenda in senibus, veneranda in sacerdotibus, terribilis in bellatoribus,* Coul. *ex Ambros.* 533

Πελεμίζω, *fut.* ξω, agito, moveo, quatio, concutio, de gradu dejicio; *πελεμίχθη, 3. sing. aor. 1. pass. à παλάμη, ut sit propriè,* manu moveo. 535

Τετάσθην, extensi fuerant, 3. *dual. plusquamperf. verbi τείνω, fut. ενῶ, p. τέτακα, p. pass. τέταμαι.* 536

Ὀνόω, *fut.* σω, vitupero, *ad ὄνημι,* juvo, prosum; *item,* vitupero, *ὀνόσαιτο, 3. sing. aor. 1. opt. med.* 539

Ἄβλητος, ε, ὁ κ̧ ἡ, illæsus, invulneratus jaculis; *ab α priv. et βάλλω· sed ἀβλὴς, ῆτος, ὁ κ̧ ἡ, epithet. jaculi nondum jacti. Vid. carm.* 117. *hujus libri.*

Ἀνέτατος, ε, ὁ κ̧ ἡ, non vulneratus, *ex α priv. et ετάω,* vulnero.

Δινεύω, circumvagor, circumago, *Æol. pro δινέω, idem; à δίνη, ης, ἡ,* vortex. 541

CLAVIS HOMERICA

IN E'. ILIADIS.

2 ῞ΕΚΔΗΛΟΣ, ου, ὁ καὶ ἡ, manifestus, conspicuus, *ab* ἐκ, *et* δῆλος, manifestus.

᾿Ακάματος, ου, ὁ καὶ ἡ, indefessus, *id est,* οὐ καμὼν, non laborans; *ejusdem significationis est* ἀκάμας, αντος, ὁ καὶ ἡ, *quod Soli tribuitur,* σ. 239. *quia stare nescit; est et* ᾿Ακάμας, *proprium,* β. 823. *ab* α, *et* κάμνω, fatigo.

5 ᾿Εναλίγκιος, ου, ὁ καὶ ἡ, similis. *Adject. regit casum dativum, et habet aliquando accusativum rei præter dativum personæ, Odyss.* α. 371. θεοῖς ἐναλίγκιος αὐδὴν, diis assimilis voce; *ab* ἐν, *et* ἀλίγκιος, *idem.*

10 ῎Ηστην, erant, 3. *dual. imperf. poët. pro* ἤτην.

᾿Οπωρινὸς, ἡ, ὸν, autumnalis; ὀπωρινὸς ἀστὴρ, autumnale sidus, *id est,* canicula, *quæ inclinante æstate exoritur; ab* ὀπώρα, ας, ἡ, autumnus, χ. 27. παρὰ τὸ ἕπεσθαι τῇ ὥρᾳ, *quia tempestatem æstatis sequitur autumnus; vel,* παρὰ τὸ ὄψ, *et* ὥρα· *est* ὀπώρα (*inquit Etymol.*) τὸ τῆς ὥρας ὄντως πρόσωπον ἔν τε καρποῖσι, καὶ ἄνθεσι θεωρούμενον, *spectabilis terræ facies fructibus et floribus.*

Λελουμένος, η, ον, lotus; *à* λούομαι, *sed Att.* λοῦμαι, lavor.

Παμφαίνω, colluceo, valde luceo, *idem quod* παμφανάω, *suprà* β. 459.

12 ῾Ορμάομαι, *aliquando idem quod* ὁρμάω, *suprà,* impetum cepi, impetu ruo; *est etiam* prodeo, proficiscor; ὁρμηθήτην, 3. *dual. aor.* 1. *pass. ab* ὁρμὴ, ῆς, ἡ, impetus.

16 ᾿Ακωκὴ, ῆς, ἡ, acies, mucro; *ab* ἄκων, οντος, ὁ, jaculum, *vel potiùs ab* ἀκὴ, cuspis, mucro.

19 Μεταμάζιος, ίου, ὁ καὶ ἡ, quod medium est inter mamillas; *à* μαζὸς, οῦ, ὁ, mamilla.

᾿Απορούω, *f.* σω, erumpo, exilio; *ab* ὀρούω, irruo, gradu concitato feror; *ab* ὄρω, excito, concito.

21 Περιβαίνω, *fut.* ήσομαι, circumeo; *apud Homer.* circumeo protegendo; *vel,* protego circumeundo; περιβῆναι, *aor.* 2. *infin. ab indic.* περιέβην *quasi à* βῆμι· βῆναι *simpl. legitur,* ν. 459.

23 Νὺξ, κτὸς, ἡ, nox *ante,* caligo *hîc.* 659. *hujus libri accipitur pro morte; à* νύσσω, pungo; *quia oculos pungit.*

24 Πάγχυ, omnino, penitus, *poët. pro* πάνυ, *à* πᾶς.

᾿Ακαχημένος, η, ον, *part. ex* ἀκάχημαι, tristor, *præt. pass. verbi* ἀκαχέω, tristitiâ afficio, *facti ex* ἀχέω, *reduplicatione Atticâ;* ἀκαχήμενος *verò Odyss.* ι. 62. *part. præs. pass. verbi* ἀκάχημι, tristitiâ afficio; *ab* ἄχος, εος, τὸ, dolor; ἀκάχημαι, μ. 179. ἀκαχέατο· *est et* ἀκαχίζω, ζ. 486. *et* ἀκάχω, θ. 207. *ejusdem significationis; sed* ἀκήχεμαι, tristor, ε. 364.

31 Βροτολοιγὸς, οῦ, ὁ, hominum pernicies; *à* βροτὸς, οῦ, ὁ, mortalis, *et* λοιγὸς, οῦ, ὁ, pernicies. *Epithet. Martis.*

Μιαιφόνος, ου, ὁ καὶ ἡ, inquinatus cæde; *à* μιαίνω, inquino, *et* φόνος, ου, ὁ, cædes; *etiam epithet. Martis.*

Τειχεσιπλήτης, ου, ὁ, muros quatiens; *à* πλήσσω, *vel* πλήττω, *Att.* ferio, quatio, vulnero, vexo, *et* τεῖχος, εος, τὸ, murus; *vel reddi potest,* appropinquator murorum ad diruendum; ὁ τοῖς τείχεσι προσπελάζων· *à* πελάζω, appropinquo, *venit* πελάτης, qui appropinquat, *et hinc per syncopen,* πλάτης *et* πλήτης· *est et* τειχεσιβλήτης, murorum eversor; *à* βάλλω, *et* τειχεσιπλήστης, *idem cum* τειχεσιπλήτης· *sed non apud Homerum.*

36 Ἠϊόεις, εσσα, εν, habens magnas ripas, vel litora; *ab* ἠϊὼν, όνος, ἡ, ripa, litus; ἠϊόεις *verò per syncop. pro* ἠϊονόεις.

37 Κλίνω, *fut.* νῶ, *hîc,* in fugam verto, ἔκλιναν, 3. *plur. aor.* 1.

40 Στρεφθέντι, *participium aoristi primi passivi verbi* στρέφω, verto, deflecto; *aliquando* versutè agere.

41 Μεσηγὺς, *vel* μεσηγὺ, *adverb.* in medio, inter; *scribitur etiam sæpè* μεσσηγὺς, *vel* μεσσηγὺ, *à* μέσος, medius.

43 Ἐναίρω, occido, spolio, destruo; *ab* αἴρω, tollo, *fut.* ἀρῶ, *aor.* 1. ἦρα, ἐνήρατο, 3. *sing. aor.* 1. *med.*

46 Νύττω, *et* νύσσω, *fut.* ξω, pungo, stimulo, lancino, νύξ' *pro* ἔνυξε, 3. *sing. aor.* 1.

49 Αἴμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, *cum spiritu leni,* peritus, *per endeian* τοῦ δ', *pro* δαίμων· *sed* αἵμων, *cum spiritu aspero,* cruentus; *ab* αἷμα.

Θήρα, ας, ἡ, venatio; *à* θὴρ, ρὸς, ὁ, fera, *Iliad.* ο. 324. *quod dicitur quasi* φθὴρ, *à* φθείρω, corrumpo; *unde etiam peculiariter (inquit* Coul.) *bestiæ venenatæ* θηρία *à medicis appellantur; vel* ἀπὸ τοῦ θέειν ῥᾷον, *quòd feræ celeriter currant; hinc* θηρεύω, venor, *et* θηρητὴρ, ῆρος, ὁ, venator; θηρήτωρ, ορος, ὁ, *Il.* ι. 540.

Ὀξυόεις, όεσσα, όεν, acutus, spinosus; *ab* ὀξὺς, εῖα, ὺ, α. 190.

51 Διδάσκω, *fut.* άξω, doceo; *à* δὶ, *et* δάσκω, dispertior, *sive* divido; *vel à* δίδωμι, *et* δαίω, disco; *hinc* διδασκέμεναι, *pro* διδάσκειν, *Il.* ι. 442.

Τὰ ἄγρια. *Vide* γ. 24.

53 Ἰοχέαιρα, ας, ἡ, sagittis gaudens; *ab* ἰὸς, οῦ, ὁ, *et* χαίρω, *epithet. apud Homer. Dianæ.*

54 Ἑκηβολία, ας, ἡ, peritia jaculandi eminus; *ab* ἑκηβόλος, ου, ὁ, longè jaculator; *ab* ἑκὰς, *et* βάλλω.

57 Ἔλασσα, *poëtico pleonasmo pro* ἤλασα, *aor.* 1. *verbi* ἐλαύνω, *quod aliquando significat* trajicio, *ut hîc.*

61 Ἐφίλατο, 3. *sing. imperf. pass. à* φίλημαι, *quod à* φιλέω, *vel potiùs aor.* 1. *med. verbi* φιλέω· *aliquando enim verba circumflexa tempora formant quasi à Barytonis, ut* φιλέω, ῶ, *aor.* 1. ἔφιλα, *unde med.* ἐφιλάμην· *et in imperat. Iliad.* κ. 280. μάλιστα μὲ φίλαι, Ἀθήνη, maximè me ama, Minerva; *alii tamen legunt* φίλε· *vel per syncop. factum à regulari aoristo* ἐφιλησάμην.

62 Τεκτήνατο, 3. *sing. aor.* 1. *med. verbi* τεκταίνω, fabricor, *aliquando* molior; *à* τέκτων, ονος, ὁ, artifex, faber lignarius; *quod à* τεύχω, fabricor.

Ἀρχέκακος, ου, ὁ καὶ ἡ, auctor, *seu* origo malorum; *ab* ἀρχὴ, ῆς, ἡ, principium, *et* κακὸς, ἡ, ὸν, malus.

64 Ἐκθέσφατον, *idem quod* θέσφατον, ου, τὸ, oraculum. *Suprà, γ.* 4. *exprimitur etiam* scientia divina.

65 Καταμάρπτω, *idem quod* μάρπτω, capio, corripio, assequor; *quod dicitur quasi* μάρη ἅπτομαι, manu capio.

Διώκω, *fut.* ξω, fugo, abigo, persequor, sequor; *à* δίω, abigo; *hinc* διωκέμεν, ε. 223. *et* διωκέμεναι, *Odyss.* ο. 278. *pro* διώκει.

66 Γλουτὸς, ου, ὁ, clunis; *quasi* γλοιτὸς· *à* γλοιὸς, ου, sordidus.

67 Διὰ πρὸ, per totum, omnino, prorsus, penitus.

Καμμονίη, *pro* καταμονία, perseverantia, victoria, quæ fortiter con- 257
stanterque permanendo paratur, *ut hîc; à* καταμένω, constanter per-
maneo.

Συνημοσύνη, ης, ἡ, societatis sanctio, pactum; *à* συνήμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, 261
socius; *à* σὺν, *et* ἵημι, mitto.

Ἄλαστος, *propriè*, cujus memoria erit perpetua: *hîc*, qui mala ἄλαστα
intulit. *Dor. pro* ἄληστος· *à* λήθω, lateo. *Vide* μ. 163.

Ὑπάλυξις, εως, ἡ, effugium; *ab* ἀλύσκω. 270

Ἀθρόα πάντα, omnia simul. *Vide* β. 439. 271

Ἠείδης, *pro* εἴδης, *plusquamperf. subj. med. pleonasmo* τοῦ η, *vel Atticâ* 280
epenthesi τοῦ ει, *pro* ᾔδης, *ab* ᾔδειν, *plusquamperf. ind. verbi* εἴδω, ει *con-*
verso in η, *et* ι *subscripto.*

Ἀρτιεπὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, loquax, non mutilans verba; ἄρτιος, ίου, ὁ καὶ ἡ, 281
absolutus numero, aptatus, *et* ἔπος, εος, τὸ.

Ἐπίκλοπος, όπου, ὁ καὶ ἡ, furax; *item* subdolus, vafer, deceptor, *ut hîc;*
ab ἐπικλέπτω, furor; *à* κλέπτω.

Ἔπλεο, *à* πέλομαι, sum, *pro* ἐπέλου.

Ἀπεπλάγχθη, resiliit; *ab* ἀποπλάζω, aberrare facio. 291

Κατηφήσας, ασα, αν, mœstus; *à* κατηφέω, sum vultu demisso, *à* κατη- 293
φὴς, qui est vultu demisso; ἀπὸ τοῦ κάτω τὰ φάη βάλλειν. *Vide* κατή-
φεια, γ. 51.

Ἀλέα, ας, ἡ, vitatio, effugium; *ab* ἀλέω, vito. 301

305 Ἐσσόμενοι, posteri; *ab εἰμὶ*, sum, *pro* ἐσόμενοι.
318 Εὐηκὴς, έος, ὁ κ ἡ, valde acutus; *ab* ἀκὴ, mucro.
325 Λαυκανίη, ης, ἡ, guttur, παρὰ τὸ λαύειν, *idem quod* ἀπολαύειν, fructum capio: *quia hæc pars præ cæteris voluptatem è cibo potuque sentiat.*
328 Ἀσφάραγος, ου, ὁ, *hîc*, gula, guttur; ἀπὸ σφαραγεῖν, *id est*, ἠχεῖν, sonare; *quoniam* δι' αὐτοῦ φωνὴ φέρεται· σφάραγος, sonus qui gutture emittitur.
332 Ὀπίζομαι, curo, revereor; *ab* ὄπις, ιδος, ἡ, π. 388. ultio, *seu* vindicta; *aliquando* cura, *et* consideratio, *ut Od.* ξ. 82.
334 Λελείμμην, relictus eram, 1. *sing. plusq. perf. pass. Ion. pro* ἐλελείμμην, *verbi* λείπω.
335 Ἑλκέω, *f.* ήσω, *hîc*, dilacero in diversas partes trahendo; *ab* ἕλκω.
Αἰκῶς, turpiter, indecenter, *pro* ἀεικῶς, *idem. Vide* ἀεικίζω, π. 546. *et* ἀεικὴς, α. 340. *et* κ. 483. *ab α priv. et* εἴκω.
349 Εἰκοσινήριτος, ου, ὁ κ ἡ, de quo viginti contendunt; *ab* εἴκοσι, viginti, *et* ἐρίζω, contendo.
356 Προτιόσσομαι, aspicio, intueor, præsagio, divino, *ut hîc; ab* ὄσσομαι, *idem, quod ab* ὄσσα, ης, ἡ, *aliquando* omen.
358 Μήνιμα, ατος, τὸ, ira, *seu* ultio divina; *à* μῆνις· μηνιθμὸς, οῦ, ὁ, *idem*, π. 62.
370 Φυὴ, ῆς, ἡ, statura, *hîc. Vide* α. 114.
373 Ἀμφαφάασθαι, tractari, circum tractari; *ab* ἀμφὶ, *et* ἀφάω, tracto: *quod ab* ἁφὴ, ῆς, ἡ, tractus; *ab* ἅπτομαι, tango, *pro* ἀμφαφᾶσθαι.
396 Τετραίνω, *pro* τιτραίνω· *unde hîc aor.* 1. τέτρηνα· *à* τετράω, terebro, perforo.
397 Πτέρνα, ης, ἡ, calx, calcaneum: *hinc illa nomina murium* πτερνογλύφος, *Batrach.* 222. πτερνοτρώκτης, *ibid.* 29. *et* πτερνοφάγος, *ibid.* 224.
406 Καλύπτρη, ης, ἡ, velamen. *Ion. pro* -α· *à* καλύπτω.
411 Σμύχω, *fut.* ξω, attero, consumo; *item*, uro, incendio *seu* igne vasto; σμύχομαι, uror, inflammor.
414 Λιτανεύω, *fut.* σω, supplico; *à* λίσσομαι· ἐλλιτάνευε, *pro* ἐλιτάνευε.
Κόπρος, ου, ὁ, *vel* ἡ, fimus. *Vide* σ. 575.
428 Δυσάμμορος, *vel* δύσμορος, ου, ὁ κ ἡ, infelix; *à* δὺς, *et* μόρος, ου, ὁ, fatum.
431 Βείομαι, vivam. *Vide* π. 853.
441 Θρόνον, ου, τὸ, flos, pigmentum; παρὰ τὸ ἄνω θορεῖν ἐκ τῆς γῆς.
448 Κερκὶς, ίδος, ἡ, radius textorius; ἀπὸ τοῦ κρέκειν, *quod est* ἠχεῖν, *transpositâ literâ* ρ.
451 Ἑκυρὰ, ᾶς, ἡ, *Ion.* ἑκυρὴ, socrus; *ab* ἑκυρὸς, οῦ, ὁ, *antè*, γ. 172.
460 Μαινὰς, άδος, ἡ, furiosa, insana; *à* μαίνομαι.
467 Ἀποκαπύω, *fut.* σω, efflo, exspiro; *à* καπύω, flo, *quod à* κάπτω, flo, spiro.
469 Κεκρύφαλος, ου, ὁ, reticulum, quo mulieres crines suos compescunt; *à* κρύπτω.
476 Ἀμβλήδην, *pro* ἀναβλήδην, *seu* ἀναβολάδην. *Vide* φ. 364. procrastinando: *item*, cunctanter, *et* segniter; *ab* ἀναβάλλω, remoror, protraho.
490 Πανaφῆλιξ, κος, ὁ κ ἡ, qui caret æqualibus; *ab* ἧλιξ, κος, coætaneus, *quod ab* ἡλικία, ας, ἡ.

Ὑπεμνήμυκε, tristatus est, *vel* dejectus. *Eustath. diaplasiasmo et pleonasmo usurpatum scribit, pro* ὑπήμυκε· *ab* ὑπημύω, *significatque, ait,* τεταπείνωμαι· *ab* ἡμύω, inclino, cado. 491

Ἐδίηνε, *aor.* 1. *verbi* διαίνω, irrigo. 495

Ἀμφιθαλὴς, έος, ὁ κ̣ ἡ, circum floridus; *item,* patrimus, *et* matrimus, cui pater et mater adhuc vivunt, *ut hîc,* ab ἀμφὶ, *et* θάλλω, vigeo, floreo. 496

Ἐνίσσω, *idem quod* ἐνίπτω. *Vide β.* 80. 497

Νηπιαχεύω, instar vagientis doleo, pueriliter me gero; *à* νήπιος, ἰε, ὁ, infans, *et* ἀχεύω, doleo. 502

Ἀπὸ πατρὸς ἀμάρτων, patre privatus. 505

Ἐγκείσεαι, jacebis, 2. *sing. fut. verbi* ἔγκειμαι. 513

CLAVIS HOMERICA

IN Ψ′. ILIADIS.

ἘΡΙ´ΗΡΕΣ, chari, *Ion. pro* ἐρίηρ, *ab* ἐρίηρος, ε, ὁ κ̣ ἡ. 6

Τεταρπώμεσθα, *pro* ταρπώμεθα, *aor.* 2. *med. conjunct. Vide* ι. 701. 10

Ὠμὰ δάσασθαι, in frusta secari, in frusta cruda discerpi. 22

Ἀφοπλίζω, armis spolio; ἀφοπλίζομαι, armis spolior, *item,* arma depono, exuo, *ut hîc:* ἔντια ἀφοπλίζοντο, arma exuerunt; *ab* ἀπὸ, *et* ὅπλον, arma. 26

Τάφος, ε, ὁ, epulum funebre, *propriè,* sepulchrum, *ut hîc; à* θάπτω, sepelio. 28

Ὀρέχθεον, mugiebant; *ab* ὀρεχθέω, cupio: *item,* suspiro; *est vox ficta, ad imitationem suspirii quod animam efflantes edunt, ut hîc: ab* ὀρέγομαι, appeto, *o in imperf. pro* ω. 30

Εὑόμενοι, assati; *ab* εὕω, uro, ustulo. 33

Κοτυλήρυτος, ε, ὁ κ̣ ἡ, in poculum fluens; *à* κοτύλη, ης, ἡ, poculum, *et* ῥέω, fluo; *vel,* volæ haustus, quantùm utrâque manu haurire potes, multus; *ab* ἀρύω, haurio, *et* κοτύλη, vola. 34

Ἀξέμεναι, comportare, *fut. infin. Dor. pro* ἄξειν, *à verbo* ἄγω. 50

Ἐσσυμένως, studiosè, cum fervore; *à* σύω, incito, *geminato* σ, *quod à* σεύω, *idem.* 55

Κλύζω, *dicitur aliquando de* quodam sonitu quem edunt fluctus, *ut hîc.* 61

Μελέδημα, τ⊗, τὸ, cura; *à* μελεδαίνω, curo: *dicitur* παρὰ τὸ τὰ μέλη ἔδειν. 62

Καμόντες, mortui, *à* κάμνω, *aliquando* ægroto; *idem etiam* κεκμηκότες. 72

74 Ἀλάλημαι, *ab ἀλάλημι, per reduplicationem, pro ἄλημι,* vagor, erro, *ab ἀλάομαι.*

76 Μὲ πυρὸς λελάχητε, ignis me consortem feceritis; *à λαγχάνω,* sortior.

79 Ἀμφιχαίνω, absorbeo, deglutio, *propriè,* circumhio; *à χαίνω.*

82 Ἐφήσομαι, *fut. 1. med. verbi ἐφίημι, ex inusitat. ἐφέω· aliquando est fut. 1. ab ἐφήδομαι,* delector, gaudeo; *ab ἥδομαι.*

88 Ἀστράγαλος, ου, ὁ, *hîc,* ludus talorum. *Vide ξ.* 466.

90 Ἐνδυκέως, accuratè, humaniter, prompto animo.

91 Σορὸς, οῦ, ἡ, conditorium, sepulchrum, urna.

92 Ἀμφιφορεὺς, έως, *Ionicè ῆος,* ὁ, amphora, *id est,* vas utrinque auriculas habens, quibus gestari potest; *ab ἀμφὶ, et φέρω.*

97 Ἀμφιβάλλω, *hîc,* complector, amplector.

102 Συμπλαταγέω, *fut. ήσω,* manibus complosis strepitum edo; πλαταγέω, crepito, crepitaculo sonitum edo; *à πλαταγὴ, ῆς, ἡ,* crepitaculum; *quod à πλατάσσω,* ex ictu sonitum excito; *hoc autem à πλατὺς, εῖα, ύ.*

116 Ἄναντα, κάταντα, πάραντα, τὰ, acclivia, declivia, prærupta, *poët. pro ἀνάντη, κατάντη, παράντη· ex ἀναντὴς, καταντὴς, παραντὴς· ab ἀνὰ, παρὰ, et κατὰ, et ἀντάω,* occurro, obviam eo.

123 Φιτρὸς, οῦ, ὁ, stipes, truncus; *dicitur quasi φιτυρὸς· nam φίτυ est τὸ φυτὸν, Eustath.*

126 Ἠρίον, ου, τὸ, monumentum, sepulchrum; *ab ἔρα,* terra, *ob terram affusam mortuis.*

132 Παραιβάτης, ου, ὁ, transgressor, pugnator è curru, *à παραὶ, et βαίνω.*

135 Καταειννύω, induo, convestio, tego; *ab εἰνύω, idem quod ἕω,* induo, *et κατὰ.*

139 Νηέω, *fut. ήσω,* glomero, acervo, *ut hîc; à νέω,* glomero.

147 Παρὰ αὐτόθι, ibidem.

Ἔνορχος, ου, ὁ καὶ ἡ, testiculatus; *pro ἔνορχις· ab ὄρχις, εως, ὁ,* testiculus.

159 Ταγὸς, οῦ, ὁ, dux; *à τάσσω,* ordino, *alii leg. ὅ τ' ἀγοί.*

163 Κηδεμὼν, όνος, ὁ, qui rei alicujus curam gerit, curator, procurator funeris, *hîc; à κῆδος, εος, τὸ,* funus.

169 Δαρτὸς, ἡ, όν, *et δρατὸς,* excoriatus; *à δέρω.*

186 Ῥοδόεις, εσσα, εν, rosaceus; *à ῥόδον.*

187 Ἀποδρύφω, *idem quod ἀποδρύπτω,* dilacero, excorio; *à δρύπτω,* lacero, exortico; *quod à δρῦς.*

Ἑλκυστάζω, trahendo rapto; *ab ἑλκύω.*

191 Σκήλη, arefaceret, *aor. 1. subjunct. secundum Eustath. à σκάλλω· nam si à σκέλλω esset, faceret σκείλη. Alii autem (cum σκάλλω nullam habeat hujusmodi significationem, qualis hîc est), à σκέλλω deducunt.*

223 Νύμφιος, ου, ὁ, sponsus; *apud Homer. dicitur,* qui ante unum aut plures annos uxorem duxit; *à νύμφη, ης, ἡ,* sponsa.

225 Ἑρπύζω, *fut. σω,* repto; *ab ἕρπω, idem.*

226 Ἑωσφόρος, ου, ὁ, lucifer, stella auroræ prænuntia; *ab ἕως, pro ἠὼς, όος, οῦς, ἡ,* aurora, *et φέρω.*

Σβέσατ', extinguite, 2. *pl. aor.* 1. *imperat. verbi* σβέννυμι. 237

Θείομεν, ponamus, 1. *pl. aor.* 2. *subj. poët. pro* θῶμεν, *verbi* τίθημι. 244

Τιθήμεναι, poni, *part. pro* τιθέμεναι, *Dor. pro* τιθέναι, *præs. infin. verbi* 247
τίθημι.

Ἄλλεγον, *pro* ἀνάλεγον, *et hoc pro* ἀνέλεγον, collegerunt. 253

Τορνόω, *fut.* ώσω, torno, cœlo, *item* circulo circumscribo; ἀ τόρνος, ου, 255
ὁ, *quod* ἀ τερέω, terebro, torno; τορνώσαντο, 3. *pl. aor.* 1. *med. Ion.*

Ἵζανειν ἀγῶνα, instituere ludos; ἵζανω *enim aliquando* instituo. 258

Ὠτώεις, εσσα, εν, ansatus; *ab* οὖας, ατος, τὸ, auris. 264

Εἰκοσίμετρος, ου, ὁ καὶ ἡ, viginti mensuras capiens; *ab* εἴκοσι, viginti, *et* μέτρον, ου, τὸ, mensura.

Ἑξέτης, ου, ὁ καὶ ἡ, sexennis; *ab* ἕξ, *et* ἔτος, εος, τὸ, annus, *pro quo* 266
ἑξαετής.

Βρέφος, εος, τὸ, infans, fœtus recèns editus; *aliquando* brevì edendus, *ut hîc; per metaph. literæ* φ. παρὰ τὸ εἰς φῶς βεβηκέναι, quòd in lucem editus sit.

Κυέω, *fut.* ήσω, in utero gesto, concipio; ἀ κύω.

Κεχανδὼς, υῖα, ὸς, capax, ἀ χάζω, capio, capax sum, *præt. med.* κέ- 268
χαδα, *et inserto* ν, κέχανδα.

Ἀμφίθετος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui utrinque poni potest; *ab* ἀμφὶ, *et* τί- 270
θημι.

Ἀπύρωτος, ου, ὁ καὶ ἡ, igni nunquam admotus, itaque novus; ἀ πῦρ, ρὸς, τὸ, ignis. *Vide* ι. 122.

Ἐρηρέδαται, *Ionicè pro* ἐρηρεισμένοι εἰσὶ, *factum est* ἐρήρεισται, *ut* ἐρράδα- 284
ται. *Antè,* μ. 431. ἐρήρεισται *autem est tertia singularis, ab* ἐρήρεισμαι, *præt. pass. factum ex præt. act.* ἐρήρεικας *habente Atticam reduplicationem, pro* ἤρεικα· *ab* ἐρείδω.

Στέλλομαι, *hîc,* accingor, instruor, paror; ἀ στέλλω, apparo. 285

Ἔγερθεν, surrexerunt, 3. *plur. aor.* 1. *pass. Bœot. pro* ἐγέρθησαν, *verbi* 287
ἐγείρω.

Ἐκέκαστο, instructus, vel ornatus erat, 3. *sing. plusquamperf. verbi* 289
κάζω.

Βάρδιστος, *pro* βράδιστος, *metri causâ:* βράδιστος, *autem est superlativus* 310
ἀ βραδὺς, εῖα, ὺ, brevis: *cujus comparativus* βραδύτερος, βράσσων, κ. 226. *pro* βραδίων, *est etiam* βραδύτατος, η, ον, *superlat.*

Ἀφάρτερος, έρα, ερον, velocior; *ab* ἄφαρ, statim, continuò, *α.* 349. 311

Ἐρεχθόμενος, η, ον, jactatus: *hîc,* molestiâ affectus, oppressus, *Hymn.* 317
in Apoll. 358. *est et* ἐρέχθων, animum curis dissecans, *et* discrucians, *Od.* ε. 83. ἄλγεσι θυμὸν ἐρέχθων· *ab* ἐρέχθω, scindo, cædo, quasso.

Προὔχων, ουσα, ον, procedens, eminens; ἀ πρὸ, *et* ἔχων, *poët. pro* 325
προέχων.

Ὀργυιὰ, ᾶς, ἡ, ulna; *item* passus, mensura senum pedum; *quidam* 327
exponunt, spatium quantùm protensa hominis utrinque brachia ab altero summo medio digito ad alterum trajecta per pectus longitudine patent; *ab* ὀρέγω, *Eustath. factâ syncop. vel, ut alii,* ἀπὸ τοῦ τὰ γυῖα μετρεῖν.

Ξυνοχὴ *pro* συνοχὴ, ῆς, ἡ, *hîc,* coarctatio, in angustum contractio, an- 330
gustiæ viarum, ἀ συνέχω, constringo.

335 Νύσσα, ης, ἡ, meta; *à νύσσω*, pugno, fodio; *ἀπὸ τοῦ ἐλθόντας κατ᾽ αὐτὴν νύσσειν τοὺς ἵππους*, quòd ii qui ad eam tendunt, calcaribus incitare soleant equos ad vehementiorem cursum.

337 Κένσαι, *à κέντω, quod aliquando dicitur pro κεντέω*, pungo, *ut hîc*.

340 Ἐπαυρεῖν, *hîc*, impingere, contingere; *ab ἐπαυρέω, propriè*, fruor; *item*, damnum accipio; *item*, assequor, consequor, contingo.

343 Πεφυλαγμένος, η, ον, cautus; *φυλάσσομαι enim idem significat quod φυλάσσω, nempe aliquando* observo, caveo, vito.

344 Παρεξελάσῃσθα, prætervectus fueris; *2. sing. fut. subj. pro παρεξελάσῃς, θα per paragogen Æol. additâ, verbi παρεξελαύνω.*

361 Μεμνέῳτο, *pro μεμνέοιτο, per ectasin: hoc autem dialysi, pro μεμνοῖτο, quod apud Cratem invenitur; hoc autem pro μεμνῆτο, præt. optat. verbi μνάομαι, pro quo etiam legitur μεμνῷτο, apud Xenophontem, et μεμναίατο, apud Pindarum, secundum Eustath. est pro μεμνῷτο, epenthesi τοῦ ε, hoc autem pro μνῷτο, per anadiplasiasm. μνῷτο autem est 3. sing. præs. optat. contract. ex μνάοιτο.*

362 Ἄειραν, sustulerunt, *3. pl. aor. 1. Ion. pro ἤειραν, verbi ἀείρω.*

368 Πέλνημι, *idem quod πελάζω*, appropinquare facio; *πίλναμαι, idem quod πελάζομαι*, appropinquo.

387 Ἐβλάφθησαν, affligebantur, *3. pl. aor. 1. pass. verbi βλάπτω.*

388 Ἐλεφαίρω, decipio, lædo; *idem ἐλεφαίρομαι.*

396 Θρυλλίζω, *vel θρυλλίσσω*, murmuro; *à θρύλλος, ου, ὁ*, susurrus, *sed quando significat* frango, communio, collido, *ut hîc, potiùs derivatur à θραυλίζω, et θαύω*, frango; *θρυλλίχθη, 3. sing. aor. 1. pass. Ion.*

420 Ῥωχμὸς, ου, ὁ, scissura, rima, hiatus; *à ῥωγὴ, ῆς, ἡ*, fissura, *quod à ῥήγνυμι.*

422 Ἁματροχία, ας, ἡ, rotarum concursus, curruum concursus; *à τρέχω· hinc ἁματροχάω*, simul curro, *Od. ο. 450.*

430 Οὖρον, *hîc, idem est quod ὅρμημα, ut sit ab ὅρω, vel ὀρέω.*

435 Συγκύρω, *fut. σω, idem quod προσκρούω*, collido; *συγκύρσειαν, aor. 1. opt. Æol.*

452 Φράζομαι, *hîc*, video, animadverto; *φράσσατο, 3. sing. a. 1. med.*

458 Αὐγάζομαι, *hîc*, video, intueor; *ab αὐγὴ, ῆς, ἡ.*

459 Παροίτερος, α, ον, prior, *ratione temporis, vel loci; à πάρος.*

474 Λαβρεύομαι, præceps sum in loquendo; *à λάβρος*, vorax, *antè β.* 148.

479 Λαβραγόρης, ου, loquax, præceps in loquendo; *à λάβρος*, vorax, *et ἀγορέω*, dico.

481 Εὔληρα, ων, τὰ, lora, habenæ; *dicuntur quasi εἵληρα, παρὰ τὸ εἱλεῖσθαι ταῖς χερσὶν, vel quasi αὔληρα παρὰ τὸν αὐλὸν, ut sint τὰ ἐπιμήκη.*

531 Ἥκιστος, η, ον, minimus, tardissimus; *ab ἦκα*, quietè.

535 Λοῖσθος, η, ον, ultimus, postremus, *idem λοίσθιος, hinc λοισθήϊ ἔθηκε*, 751. *hujus libri; λοισθήϊα sunt præmia quæ ultimo dantur.*

561 Χεῦμα, ατος, τὸ, quod fusum, effusum, *aut* diffusum fluit; *à χέω*, fundo: *sed hîc*, extrema ora rei.

579 Ἐπιπλήσσω, *fut. ξω*, increpo.

582 Ῥαδινὸς, ἡ, ὸν, tenuis, gracilis; *ἀπὸ τοῦ ῥᾷον δυνεῖσθαι.*

589 Ὑπερβασία, ας, ἡ, transgressio; *ab ὑπὲρ, et βαίνω.*

Ἀλδέω, *fut.* ήσω, audeo; ἀλδήσκω, incrementum accipio, cresco. 599

Νεοίη, ης, ἡ, juvenilis ætas; ἀ νέος, juvenis. 603

Ἀγὼν, *aliquando significat* spectantium certamen multitudinem. 617
Vide η. 298.

Αὔτως, *hîc*, gratis. 621

Παλαίω, *fut.* σω, luctor, certo; ἀ πάλη, ης, ἡ, lucta, 635. *unde et* παλαισμοσύνη *idem*, 701. ἀ πάλλω, agito: *quia corpus luctando agitatur.*

Ἀκοντιστὺς, ύος, ἡ, jaculatio, jaculandi ars, jaculandi certamen; *ab* 622
ἄκων, οντος, ὁ, jaculum.

Παρήλασαν, præteregerunt, 3. *pl. aor.* 1. *verbi* παρελαύνω. 638

Πρόσθε βαλὼν, superans numero. 639

Κτερεΐζε, celebra exequias, 2. *sing. præs. imperat verbi* κτερεΐζω. 646

Ἀλγίων, ἄλγιστος, molestior, molestissimus, difficilior, difficillimus, 655
comparat. et superlat. ab ἄλγος, εος, τὸ, molestia.

Πεπληγέμεν, percutere, ferire, *Ion. pro* πεπλήγειν, *verbi* πεπλήγω, ἀ 660
præt. med. πέπληγα, *verbi* πλήσσω.

Ἀράξω, frangam, 1. *sing. fut. verbi* ἀράσσω. 673

Ἐξοίσουσι, efferent, *ad sepulturam*, 3. *pl. fut. verbi* ἐκφέρω. 675

Δεδουπὼς, υῖα, ὸς, *hîc*, mortuus; *sed fortè propriè*, cadens, *vel* qui ce- 679
cidit. *Partic.* ἀ δουπέω, obstrepo, cadendo sono.

Παρακάββαλλεν, projecit, 3. *sing. aor.* 2. *pro* παρακατέβαλε. 683

Χρόμαδος, ου, ὁ, strepitus dentium ex vulnere collisorum, *factum per* 688
onomat.

Φυκιόεις, εσσα, εν, algosus; ἀ φῦκος, ι. 7. species herbæ marinæ; al- 693
gam *alicui interpretantur.*

Πτύω, *fut.* σω, spuo. 697

Ἀλλοφρονέων, ουσα, ον, mente alienatus, insanus: *ab* ἄλλος, *et* φρονέω. 698

Ἀμείβοντες, tigna ædificium sustinentia, trabes, quæ sese invicem 712
fulciunt.

Σμώδιγξ, *idem quod* σμῶδιξ, *antè*, β. 267. 716

Σφῆλαι, movere, ἀ σφάλλω, supplanto. 719

Κώληψ, πος, ὁ, talus, sura, poples; ἀ κῶλον, membrum. 725

Χανδάνω, ἀ χάζω, *idem*; capax sum. 742

Τέτατο, extendebatur, *Ion. pro* ἐτέτατο, 3. *sing. plusquamperf. pass.* 758
verbi τείνω.

Πήνιον, ου, τὸ, *hîc est*, stamen, *seu* filum, quod è colu deducitur, et 762
fuso dissolvitur: *propriè est* fusum ipsum, *inquit Suidas*; ἀ πῆνος, ου,
ὁ, *et* πήνη, ης, ἡ, textum; ἀ πένω, laboro; *alii*, ἀπὸ τοῦ Πανὸς, *quia
Pan perhibetur inventor artis textricis.*

Μίτος, ου, ὁ, licium, filum quod stamini implicatur.

Ἀϋτμὴν, ένος, ὁ, halitus; *ab* ἄω, spiro. 765

Ὀλισθέω, ῶ, *fut.* ήσω, labor, -*eris*. 774

Ὄνθος, ου, ὁ, stercus, *seu* fimus jumentorum, *vel* boum. 777

Ὠμογέρων, οντος, ὁ καὶ ἡ, cui viridis et cruda est senectus, cui, licet 791
seni, caput non est canum.

Ἐριδδέω, contendo, *poët. pro* ἐριδέω· *hoc autem factum ex futur.* 2. 792
ἐριδῶ· *ab* ἐρίζω, *quod est ab* ἔρις.

306 Ἔνδινα, ων, τὰ, intestina; *ab* ἔνδον, intus.

826 Σόλος, ου, ὁ, discus, orbis; *à* σῶ, quia *quatitur.*

Αὐτοχόωνος, ου, ὁ καὶ ἡ, veluti suâ sponte fusus, crassâ Minervâ fusus, ingens, *ut alii exponunt, à* χῶνος, ου, ὁ, fornax fusoria, *à* χέω, fundo.

827 Ῥιπτάσκω, *idem quod* ῥιπτάζω, præcipitem do, projicio.

832 Ἀπόπροθι, nimiùm longè.

834 Χρεώμενος, η, ον, *per pleonasmum* τοῦ ε, *pro* χρώμενος.

845 Καλαῦροψ, οπος, ἡ, pedum pastorale; *dicitur quasi* κᾶλον αὖ ῥέπον, lignum in summo repandum.

851 Ἡμιπέλεκκον, ου, τὸ, securicula, dimidiata securis; *à* πέλεκυς, εως, ἡ, securis.

852 Ἱστὸς, οῦ, ὁ, malus; *ab* ἵστημι, sto.

863 Ἀπειλέω, *fut.* ήσω, *hîc*, voveo.

866 Μήρινθος, ου, ἡ, funiculus; *à* μηρύω, glomero.

868 Παρέιθη, dismissus est; *à* παρίημι, *cujus præt. passiv.* παρεῖμαι, *ex cujus tertia* παρεῖται, *aor.* 1. παρέιθην, *usitatius est* παρέθη.

881 Θηεῦντο, intuebantur, *Dor. pro* ἐθηοῦντο, *quod Ion. pro* ἐθηῶντο, *3. pl. imperf. verbi* θεάομαι.

886 Ἥμων, ονος, ὁ, jaculator, *verbale ab* ἵημι, mitto.

887 Ἆν, *pro* ἀνέστη, surrexit.

890 Ἴδμεν, scimus, *Dor. pro* ἴσμεν, *per syncop. pro* ἴσαμεν, 1. *plur. præs. verbi* ἴσημι.

CLAVIS HOMERICA

IN Ω'. ILIADIS.

12 ΔΙΝΕΥΩ, *fut.* σω, verso, moveo, oberro; *quidam exponunt* δινεύεσκε, volutabat se, *à* δινέω.

Ἀλύων, ουσα, ον, sese afflictans; *ab* ἀλύω, errabundâ et incertâ mente afficior; *ab* ἀλῶ, vagor; *quòd qui anxii sunt vagari soleant; vel ex* α *priv. et* λύω, *ut fit*, malorum solutionem non invenio.

15 Δησάσκετο, alligabat; *verbum poët. à* δέω, ligo; *vel potiùs pro* ἐδήσατο, *aor.* 1. *med.*

25 Ἐήνδανον, *pro* ἥνδανον, *pleonasmo poët.* τοῦ ε. *ab* ἁνδάνω.

27 Ἔχον, *hîc*, affecti erant.

30 Μάχλος, ου, ὁ καὶ ἡ, impurus, lascivus. Μαχλοσύνη, ης, ἡ, lascivia.

33 Δηλήμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, noxius; *à* δηλέω, lædo.

45 Ὀνίνημι, *idem quod* ὄνημι.

58 Θήσατο μαζὸν, suxit mammam; θήσατο, *pro* θηλάσατο, *per sync. à* θηλάζω· *vel, ut alii volunt, aor.* 1. *med. verbi* θάω, *ex quo* θηλὴ *derivari creditur.*

Περὶ κῆρι, ex animo. 61

Ἀντιάομαι, *hîc*, intersum. 63

Ἀποσκυδμαίνω, irascor, succenseo. *Etym. propriè dici scribit de leo-* 65
nibus ob catulos surreptos concitatis; ἀπὸ τοῦ σκύμνος, καὶ μιναίνειν· alii deducunt simpliciter ἀ σκύζω, ad iram concito.

Ἁμαρτάνω, *fut.* ήσω, *hîc*, prætermitto. 68

Παρμέμβλωκε, advenit, *Æol. per syncop. pro* παραμέμβλωκε, *3. sing.* 73
perf. pro παραμεμόληκε.

Μολύβδαινα, ης, ἡ, pila, *seu* massa plumbea; *μολίβδαινα, idem; ἀ μό-* 80
λιβδος, ου, ὁ, plumbum.

Βυσσὸς, οῦ, ὁ, *Ion. idem quod* βυθὸς, profunditas, fundum; *βαίνω· sed* βύσσος, byssus.

Προτιάπτω, *pro* προσάπτω, alligo, appendo, affigo; *item*, attribuo, de- 110
fero, *ut hîc; ἀ* πρὸς, *et* ἅπτω, necto.

Τέο μέχρις, quousque. 128

Τῆδε, huc. 139

Ἰήνῃ, sanet, placeat, *3. sing. præs. subj. verbi* ἰαίνω. 147

Ἀλιτήμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, peccator, peccatrix; *quidam exponunt*, inexorabilis. *Eustath.* qui sponte ab officio aberrat. *Budæus*, qui sciens prudensque peccat.

Ἔφυρρον, rigabant; *ἀ* φύρω, *fut.* υρῶ, *Æol.* φύρσω, *præt.* υρκα, misceo; 162
item, inquino, rigo.

Ἐντυπὰς, impresso corporis vestigio, obvolutim: *ita tectus*, ὥστε μόνον 163
τὸν τῶν μελῶν τύπον φαίνεσθαι· τύπος, ου, ὁ, vestigium, typus.

Καταμήσατο, accumulabat; *ἀ* καταμάω, *ab* ἀμάω, meto; *item* colligo, 165
accumulo: ε *pro* η.

Κέατο, jacebant, *Ion. pro* ἔκειντο, *3. plur. imperf. verbi* κεῖμαι. 168

Πεφιδήσεται, parcet, *3. sing. paulò post fut. verbi* φείδω. 187

Πείρινς, *genit.* ινθος, *accus.* πείρινθα, *ut hîc*, arcula: *propriè*, crates 190
ex viminibus, *quæ imponitur currui, et in quâ ponuntur ea quæ vehuntur.*

Γλήνεα, ων, τὰ, pretiosa, spectaculo digna; *ἀ* γλήνη, ης, ἡ, pupilla 192
oculi. *Vide* Θ. 163.

Κλέομαι, celebror. 202

Ἐσθέμεναι, edi, *Dor. pro* ἔσθειν, *præs. inf. ab* ἔσθω. 213

Προσφῦσα, *hîc*, adhærens; *ἀ* πρόσφυμι, *quod ἀ* προσφύω.

Ἄντιτος, *pro* ἀντίτιτος, ου, ὁ καὶ ἡ, *per syncopen*, vicissim punitus; *ἀ* τίω.

Θυοσκόπος, ου, ὁ καὶ ἡ, aruspex, qui intelligit ea quæ per sacrificia ig- 221
nita significantur.

Τεθνάμεναι, mori, *Dor. pro* τεθνάναι, *ἀ* τέθνημι, *pro* θνήσκω. 225

Ἐπίθημα, ατος, τὸ, operculum; *ab* ἐπιτίθημι.

Φωριαμὸς, οῦ, ὁ, arca; *ἀ* φὼρ, fur; διὰ τὸ τοὺς φῶρας ἀπείργειν· *vel*, 228
quia πρὸς φυλακὴν τῶν φωρῶν κατεσκευάσθαι, ad cavendum sibi à furibus.

Ἁπλοΐς, ίδος, ἡ, vestis simplex, *cui opponitur* διπλοΐς· *ab* ἁπλόος, 230
ἁπλοῦς, simplex.

Ἐξεσία, *Ion. pro* ἐξεσία, ας, ἡ, legatio; *ab* ἵημι, mitto. 235

Περὶ δ' ἤθελε, summè, *vel* valdè cupiebat. 236

241 Οὔνεσθε, *pro* ὄνεσθε, *Ion. ab* ὄνημαι, *pro* ὄνεμαι, *vel* ὄνομαι, vitupero.
253 Κατηφόνες, infames; *à* καταφάω, increpo, taxo, incesso, *idem quod* καθάπτομαι· *vel, ut alii volunt,* morte digni, ἄξιοι καταφονευθῆναι.
255 Πανάποτμος, ου, ὁ καὶ ἡ, miserrimus; *à* πᾶς, *et* ἄποτμος, ου, ὁ καὶ ἡ, miser; *ab* α *et* πότμος, ου, ὁ, sors, fatum.
261 Χοροιτυπία, ας, ἡ, chorea, ipsa actio plaudendi pedibus solum inter saltandum; *à* χοροιτύπος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui in choro pulsat terram pedibus, *vel* ipsum locum saltationis. *Hymn. in Merc.* 31. *Merc. vocat testudinem* χοροίτυπε, *quòd eo instrumento agitentur choreæ, quibus terra pulsatur; quod à* χορὸς, οῦ, ὁ, chorus, tripudium, *vel* locus choreis agitandis constitutus, *et* τύπτω.
269 Πύξινος, ίνη, ινον, buxinus; *à* πύξος, ου, ὁ, buxus; παρὰ τὸ πεπυκνῶσθαι, διὰ τὸ πυκνὸν τοῦ ξύλου.

Οἴηξ, ηκος, ὁ, gubernaculum, temo navis, *Ion. pro* οἴαξ· οἴηκες *hic dicuntur* annuli, per quos habenæ mulos regentes trajiciuntur.
272 Πέζα, *aliquando generaliter significat* extremitatem rei alicujus.

Κρίκος, ου, ὁ, annulus, *pro* κίρκος.

Ἕστωρ, ορος, ὁ, paxillus, *seu* clavus temonis, qui per jugum in temonem defigitur, et circa quem subjugalia lora volvuntur; *ab* ἵστημι, statuo.
275 Ἀπήνη, ης, ἡ, currus, vehiculum mulare.
277 Ἐντεσιουργὸς, οῦ, ὁ, armorum opifex; *ab* ἔντεα, *et* ἔργον, *sed* ἐντεσίεργος, *epithet. mulorum,* subjugalis *fortasse; ab* ἔργω, arceo, *et* ἔντεα, vasa, Coul.
303 Ἀκήρατος, ου, ὁ καὶ ἡ, *hîc,* purus, incorruptus; *ab* α *et* κεράω, misceo.
304 Χέρνιβον, ου, τὸ, pelvis; *à* χεὶρ, *et* νίπτω, lavo.
316 Μορφνὸς, ἡ, ὸν, niger; *ab* ὄρφνη, ης, ἡ, tenebræ: *hoc nomine dicitur aquilæ species.*
344 Ὑπνόω, dormio, somnum capio; ὑπνώοντας, *Ionicè pro* ὑπνῶντας.
347 Αἰσυητὴρ, ῆρος, ὁ, *habet varias significationes: quidam enim dicunt significare* adolescentem valde robustum; *ex* α *epitatico, et* σύω, ruo, *vel* impetu feror; *alii,* decentem, moderatum, *derivantes ab* αἶσα, officium; *alii* pastorem, *aut* qui facilè huc illuc movetur; *ab* ἀΐσσω, ruo; *alii idem quod* αἰσυμνητὴρ, certaminis præses: *quasi* τηρῶν τὰ αἴσια· *vel,* ὁ τῶν αἰσίων μνήμην ποιούμενος, reges olim ita appellati sunt; αἰσυμνήτης, *idem.*
348 Ὑπηνήτης, ου, ὁ, pubescens, *scilicet cui* ὑπήνη *exoriri incipiat; ab* ὑπήνη, ης, ἡ, barba, mystax.
351 Κνέφας, ατος, τὸ, *hîc,* crepusculum.
354 Φραδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, consultus, prudens; *à* φράδη, ης, ἡ, prudentia; *quod à* φράζω.
363 Ἀμβρόσιος, ία, ιον, *hîc,* solitarius; *propriè,* immortalis; νὺξ ἀμβροσία, *vel* ἀμβροσίη, nox quieta, divina, *seu* solitaria, ἐν ᾗ βροτοὶ οὐ πορεύονται, in quâ homines non eunt. *Vide* α. 528.
365 Ἀνάρσιος, ου, ὁ καὶ ἡ, implacabilis hostis, cui cum altero non convenit; *ab* ἄρω, apto.
371 Ἀπαλεξήσαιμι, propulsaverim, 3. *sing. aor.* 1. *opt. verbi* ἀπαλεξέω.

Εἴσκω, æquo, comparo. 371

Πῆ, *aliquando ponitur* ἐγκλιτικῶς, *extra interrogationem, significans* aliquâ parte, nimirum, &c. 373

Μεταπάλλομαι, *hîc*, sortiri. 400

Κλήρῳ λάχον, sors mihi contigit, sorte assequutus sum.

Μελεϊστὶ, membratim ; *à* μέλος, εος, τὸ, membrum. 409

Προὔθηκεν, *pro* προέθηκεν, proposuit, objecit.

Ἑερσήεις, εσσα, εν, roscidus, rore conspersus, *seu* madefactus, *pro* ἑρσήεις, *quod ab* ἐέρση, *pro* ἕρση, ης, ἡ, ros. 419

Μιαρὸς, ρὰ, ρὸν, inquinatus ; *à* μιαίνω, inquino. 420

Μέμυκεν, *à* μύω, claudo, occludo, comprimo ; *dicitur propriè de* labris *et* ore ; *aliquando etiam de* oculis ; *hîc de* vulneribus, quorum labra non hiabant.

Παρὲξ Ἀχιλῆα, Achille absente, *vel* non sciente. 434

Σταυρὸς, ῦ, ὁ, vallus, palus ligneus, acutus et erectus, *ab* ἵστασθαι, *dictus, quoniam* ἵσταται εἰς ἀέρα ἠρμένος. 453

Ἐπιβλὴς, ῆτος, ὁ, obex, pessulus, repagulum : *ita dicitur, quòd foribus injiciatur aut obdatur ; ab* ἐπιβάλλω, adjicio.

Ἐπιῤῥήσσεσκε, claudebat, *pro* ἐπέῤῥασσε, *ab* ἐπαράσσω, irruo, illidor, impingor, cum stridore *et* fragore impello *et* claudo ; ἐπιῤῥήσσεσκε ἀντὶ τοῦ ἐπέκρουεν, ἐπέβαλλεν ἀπὸ τοῦ γενομένου κατὰ τὴν κλεῖσιν ἤχῳ· *à* ῥήγνυμι, frango. 456

Ἄντην, coram, palam. 464

Αὖθι, *pro* αὐτόθι. 470

Ποιπνύω, *fut.* ύσω, *hîc*, ministro ; *à* πνέω, spiro ; *quoniam qui properanter et anxiè opus faciunt*, πνευστιῶσι. 475

Κύω, *fut.* σω, *hîc*, osculor. 478

Τετάρπετο, satiatus est, *Ion. et poët. redupl. pro* ἐτάρπετο, *3. sing. a. 2. verbi* τέρπω. 513

Πρῆξις, εως, ἡ, *hîc*, utilitas, profectus, *pro* πρᾶξις· *à* πράσσω. 524

Κλώθω, neo, destineo, *hinc Clotho dicitur una parcarum ; hinc* ἐπεκλώσαντο, destinârunt ; *ab* ἐπικλώθω, fatalia stamina duco, *id est*, fatalia stamina nectens tribuo, *aut* destino ; *propriè de* parcis ; *aliquando de cæteris diîs, tam in bonam, quàm in malam partem.* 525

Πίθος, ου, ὁ, dolium ; *à* πιεῖν, *quòd in eo potabilia continentur.* 527

Ἑάων, bonorum ; *ab* ἐΰς, bonus ; *unde et* ἔηος, *in genit. sing. α.* 393. *sunt tamen qui et hoc et illud ab* ἑὸς, suus, *deducunt.* 528

Βούβρωσις, εως, ἡ, magna fames, *à* βοῦ, *particulâ agente, à bovis magnitudine, et* βρῶσις, cibus, ipsa comedendi actio : *hoc autem à* βρώσκω, *vel* fames, qualem patiuntur βοῦς βρώσκοντες· *hîc autem ponitur* ἀντὶ τῆς μεγάλης ἀνίας *et* λύπης, *pro mœrore summo, Didym.* 532

Παναώριος, ου, ὁ καὶ ἡ, omnino intempestivus ; *hîc*, qui præcoci fato et immaturâ morte peritus est ; *à* πᾶς, *et* ἀώριος, *idem quod* ἄωρος, *et* ἄνωρος, qui non suo tempore sit, intempestivus, præcox ; *quod ab* α, *et* ὥρα, ας, ἡ, hora. 540

Κήδων, affligens, augens ; *à* κῆδος, εος, τὸ, mœror, tristitia. 542

Κεκάσθαι, decoratum esse ; *à* κάζω, orno. 546

Οὔ τί πρήξεις, nihil proficies. 550

555 Πάθησθα, passus fueris, 2. *sing. aor.* 2. *subj. verbi* πάσχω, *cum paragoge Æolicâ* θα.
556 Ἀπονάιομαι, *hîc*, fruor.
567 Μετοχλίζω, *fut.* σω, refero, vecte transmoveo, *vel* simpliciter transmoveo, transfero; *ab* ὀχλεὺς, έος, ὁ, vectis, *ab* ὀχλεύω, moveo.
607 Ἰσάσχετο, æquavit, 3. *sing. imperf. ind. med. poët. verbi* ἰσάζω.
617 Ἐῤῥώσαντο, tripudiârunt; *à* ῥώομαι, quatior, *inusitat.*
621 Ἄργυφος, ϐ, ὁ ϗ ἡ, albus, ex albâ texturâ constans; *ab* ὑφάω, texo, *et* ἀργὸς, ἡ, ὸν, albus; *vel potiùs* ἀργῶ, splendeo; *est ab* ἀργύφεος, *ut* ἀργυφέω σπέος, splendens spelunca, σ. 50.
627 Ὀνείατα, cibaria, *hîc, sed in genere*, commoda, *ab* ὄνειαρ, ατος, τὸ.
633 Τάρπησαν, 3. *plur. aor.* 2. *pass. pro* ἐτάρπησαν, oblectati sunt; *à* τέρπω, *cujus aor.* 2. *act.* ἔταρπον.
635 Λέγω, *fut.* ξω, ad cubitum mitto; λέγομαι, dormio, cubo.
640 Χορτὸς, ϐ, ὁ, fœnum, cibus, septum, *ut hîc.*
644 Δέμνιον, ϐ, τὸ, lectus, stratum; ἀπὸ τϐ δέμειν, *quia corporis quiescentis domicilium est.*
Ῥῆγος, εος, τὸ, stragulum; *à* ῥηγνύω.
647 Δάος, ϐ, ὁ, lumen, ignis, lampas; *à* δαίω, uro.
648 Ἐγκονέουσαι, festinantes; *à* κονέω, festino.
655 Ἀνάϐλησις, εως, ἡ, dilatio; *ab* ἀναϐάλλω.
662 Ἐέλμεθα, concludimur, 1. *plur. perf. pass. pro* εἴλμεθα, *ab* εἰλέω.
701 Ἀστυϐοώτης, ϐ, ὁ ϗ ἡ, in urbe clamans; *aut* per urbem, *epithet.* præconis; ἐκ ἄστυ βοῶν.
720 Ἀοιδὴ, ῆς, ἡ, cantus; *ab* ἀείδω, cano; ἀοιδὸς, ϐ, ὁ, cantor.
721 Θρῆνος, ϐ, ὁ, luctus; παρὰ τὸ θραύειν τὸν νοῦν.
730 Ῥύσκω, *seu* ῥύσκομαι, custodio, tueor; *idem quod* ῥύω.
752 Πέρνασχ', vendebat, 2. *sing. imperf. Ion. verbi* περνάσκω.
753 Ἀμιχθαλόεις, εσσα, εν, inaccessus, *id est*, ἀπροσόμιστος ἐκ θαλάσσης· *ab* ἅλς, ὸς, ἡ, mare; *alii reddunt* ἀπρόσμικτος, ἡ ῥαδίως ϐ μίγνυται, *quia impetuosa est; alii* ὀμιχλώδη, nebulosum.
755 Ῥυστάζω, traho, *vel* trahendo rapto; *à* ῥύω, traho.
757 Πρόσφατος, ϐ, ὁ ϗ ἡ, recenter interfectus, recens *in genere*; *à* φάω, occido.
765 Εἰκοστὸς, ἡ, ὸν, vigesimus; *ab* εἴκοσι.
767 Ἀσύφηλος, ϐ, ὁ ϗ ἡ, *hîc*, durus, ignominiosus. *Vide* ι. 643.
771 Παραιφάμενος, η, ον, admonens; *à* παραὶ, *pro* παρὰ, *et* φάω, dico.
785 Φαεσίμϐροτος, ϐ, ὁ ϗ ἡ, lucem hominibus afferens; *à* φῶς, *seu* φάω, luceo, *et* βροτὸς, mortalis.
795 Λάρναξ, κος, ὁ, arca, urna, *in quâ* λῃρινὰ pinguia *ponuntur.*
798 Καταστορέω, *fut.* έσω, sterno humi; *item*, obfirmo, *ut hîc.*
804 Ἀμφίεπον, curabant, 3. *plur. imperf. verbi* ἀμφιέπω.

APPENDIX DE DIALECTIS,

Collecta tum ex optimis Grammaticis Græcis, tum ex diligenti observatione in legendis Græcis Poëtis, maximè Homero.

Dialectus Attica ponit

α pro
- αι, ut κλάω, pro κλαίω· κἀγὼ, pro ϗ ἐγώ.
- ε, ut βδάλλω, pro βδέλλω.
- η, ut ἀνάβαθι, pro ἀνάβηθι.
- εα, ut πειραιὰ, pro πειραιέα.

β pro γ, ut βλήχων, pro γλήχων.

γ pro
- κ, ut γναφεὺς, pro κναφεύς.
- λ, ut μογις, pro μόλις.

δ pro
- ζ, ut κνίδα, pro κνιζα.
- σ, ut πέφραδμαι, pro πέφρασμαι.

ε pro
- α, ut λεὼς, pro λαός.
- η, ut νεὼς, pro νηός.
- ι, ut ἔριδες, pro ἴριδες.
- ει, ut ἐς, pro εἰς.

εα pro η, ut ἑάλωκα, ἥλωκα.

ει pro
- εϊ, ut πηλέιδης, pro πηλεΐδης.
- εο, ut πλεῖν, pro πλέον.
- η, ut βούλει, pro βούλῃ.
- οι, ut δυεῖν, pro δυοῖν.

η pro
- αει, ut διψῆς, pro διψάεις.
- ε, ut ἠδυνάμην, pro ἐδυνάμην.

η pro
- α, ut ἐμίηνα, pro ἐμίανα.
- ει, ut ἦθα, pro εἶθα.
- ηϊ, ut νηρῆδα, pro νηρηΐδα.

ηι pro ει, ut κληϊδα, pro κλεῖδα.

ηυ pro ευ, ut ηὐχόμην, pro εὐχόμην.

Dialectus Attica ponit

- θ pro τ, ut κολοκύνθη, pro κολοκύντη.
- ι pro
  - ε, in articulis et nominibus cum δὲ compositis, ut τοιόσδι, pro τοιόσδε.
  - η, ut ἱμέρα, pro ἡμέρα.
  - ο, ut δεῦρι, pro δεῦρο.
- λ pro ν, ut λίτρον, pro νίτρον.
- ξ pro
  - σ, ut ξυμφορὰ, pro συμφορὰ.
  - χ, ut πένταξα, pro πένταχα.
- ο pro
  - α, ut ὀσταφὶς, pro ἀσταφὶς.
  - ε, ut πέπομφα, pro πέπεμφα.
  - ω, ut ἔρος, pro ἔρως, inter veteres Atticos.
  - οι, ut ποεῖν, pro ποιεῖν.
- οι pro οϊ, ut οἶς, pro ὄϊς.
- ου pro
  - αε, ut τριακοντούτης, pro τριακονταέτης.
  - εο, ut ἐτίθου, pro ἐτίθεο.
  - οο, ut δίδου, pro δίδοο, quod pro δίδοσο.
- ρ pro
  - λ, ut κρίβανος, pro κλίβανος.
  - σ, ut ἄῤῥην, pro ἄρσην.
- σ pro
  - δ, ut ὀσμὴ, pro ὀδμή.
  - θ, ut κλαυσμὸς, pro κλαυθμός.
  - μ, ut πέφασμαι, pro πέφαμμαι.
  - ξ, ut παίσω, pro παίξω.
  - ρ, post aliud ρ, ut θαῤῥεῖν, pro θαρσεῖν.
- τ pro σ, ut τήμερον, pro σήμερον in initiis dictionum.
- ττ pro
  - σσ, ut γλῶττα, pro γλῶσσα.
  - ζ, ut συρίττειν, pro συρίζειν.
- υ pro
  - ε, ut προύπεμψαν, pro προέπεμψαν.
  - υι, ut μητρυὰ, pro μητρυιά.
- φ pro
  - θ, ut φλᾶν, pro θλᾶν.
  - π, ut ἀσφάραγος, pro ἀσπάραγος.
- ω pro
  - α, ut κρώζω, pro κράζω.
  - αο, ut ἴστω, pro ἴσταο.
  - εο, ut περαιῶς, pro περαιέος.
  - ο, ut δύω, pro δύο.
  - ου, ut λαὼς, pro λαούς.
- ῳ pro
  - οι, in genit. dual. 2. contract. et 2. aoristo opt. 3. conjug. verborum in μι, ut πολέῳν, pro πολέοιν· δῴην, pro δοίην.
  - ωι, ut λῷον, pro λώϊον.
- εω pro ει, ut ἀφέωκα, pro ἄφεικα.

Attici addunt initio α, ut ἄσταχυς, pro στάχυς· γ, ut γλήμη, pro λήμη· ε, ut ἑώρακα, pro ὥρακα, et syllabam per anadiplasiasmum, ut ἤγαγον, pro ἦγον.

Interserunt medio ι, ut χροία, pro χροά· ρ, ut κατέῤῥεξε, pro κατέρεξε· ο, ut ἀχήοχα, pro ἄγηκα· τ, ut πτόλις, pro πόλις· ω, ut εἴωθα, pro εἶθα· δο, ut ἐδήδοκα, pro ἔδηκα· αθ, ut ἀμυνάθω, pro ἀμύνω.

Adjiciunt fini ν, desinentibus in ε, velut εἰσῆλθεν, pro εἰσῆλθε· ι, ut νυνὶ, pro νῦν· δ, ut ἐνθαδὶ, pro ἐνθά· θα, ut οἶδασθα, pro οἶδας· et particulas, δη, γε, θεν, ουν, ποτε, ει, ut οἱονεὶ, pro οἷον· τι, ut πάνυτι, pro πάνυ· χι, ut ναιχὶ, pro ναὶ.

Tollunt autem ab initio ε, ut μῷ, pro ἐμῷ· α, ut ὦ 'γαθὲ, pro ὦ ἀγαθὲ.

E medio ι ex diphthongis, ut κλάει, pro κλαίει, &c. β, ut βόλιτον, pro βόλβιτον. ε, ut λῦτο, pro λύετο. σ, ut νομιῶ, pro νομίσω. ο, ut οἶμαι, pro οἴομαι. ω, ut ἑκάτερθεν, pro ἑκατέρωθεν. ει, ut ὄφλω, pro ὀφείλω. δα, ut οἶσθα, pro οἶδασθα.

A fine ν, ut καλὸ, pro καλὸν. ι, ut πρῶ, pro πρωΐ. να, ut 'Απόλλω, pro 'Απόλλωνα. νον, ut κάρα, pro κάρηνον. σα, ut βασιλὶς, pro βασίλισσα. τως, ut πρέπον, pro πρεπόντως.

Præterea gaudent contractionibus, subscribunt ι, et subscriptum omittunt: ancipites quasdam syllabas semper producunt, quasdam semper corripiunt, quasdam correptas producunt, ut βασιλέως, pro έος. aliquando transferunt accentum ultimæ in penultimam et antepenultimam, et penultimæ in ultimam et antepenultimam, et antepenultimæ in penultimam; et mutant Oxytonum in Perispomenum, Perispomenum in Oxytonum, et Properispomenum in Paroxytonum.

Mutant tenues in aspiratas, et interserunt spiritus in medium compositorum: apostrophum initio præponunt, cùm vox incipiens à brevi longâ desinentem sequatur, et conjungunt, ut ὦναξ, pro ὦ ἄναξ, vel non, ut ὦ 'γαθε, pro ὦ ἀγαθὲ.

Ionica ponit

- α pro
  - αι, ut κάω, pro καίω.
  - ε, ut μέγαθος, pro μέγεθος.
  - η, ut λελασμένος, pro λελησμένος.
  - ν, ut κείαται, pro κεῖνται.
- αι, pro α, ut νικαιὰ, pro νικὴ, assumpto insuper α.
- αο pro ω, ut σαόφρων, pro σώφρων.
- ε pro
  - α, ut τέσσερες, pro τέσσαρες.
  - η, ut νέας, pro νῆας.
  - ει, ut κρέσσων, pro κρείσσων.
  - ι, ut ὄφεος, pro ὄφιος.
- εα pro
  - α, ut σφέας, pro σφᾶς.
  - ει, ut πονέασθαι, pro πονεῖσθαι.
  - η, ut ἔσεαι, pro ἔσῃ.
- εε pro ει, ut σφέες, pro σφεῖς.
- εο pro ου, ut ἐμέο, pro ἐμοῦ.
- ευ pro
  - ει, ut πλεῦν, pro πλεῖν.
  - εο, ut πλεῦνας, pro πλέονας.
- εω pro
  - ου, ut τεω, pro τοῦ.
  - ῶ, ut ἕω, pro ῶ.
- ζ pro
  - β, ut ζέρεθρον, pro βέρεθρον.
  - γ, ut φύζη, pro φυγὴ.

Ionica ponit

- η pro
  - α, ut κούρη, pro κούρα· quod fit apud veteres Iones, ubi α est longum; apud recentiores, ubi etiam breve, ut ἀληθείη, pro ἀλήθεια.
  - ε, ut βασιλῆϊ, pro βασιλεῖ.
  - ι, ut κηκίω, pro κικίω.
  - εα, ut ἦρ, pro ἔαρ.
  - εε, ut ὄφη, pro ὄφεε.
  - ει, ut κῆρες, pro κεῖρες.
  - ο, ut ἐλαφηβόλος, pro ἐλαφοβόλος.
- η pro αι, ut μούσης, pro μούσαις.
- ηϊ pro
  - α, ut θρήϊξ, pro θράξ.
  - ει, ut πηληΐδης, pro πηλείδης.
  - η, ut χρηΐζειν, pro χρήζειν.
- ηυ pro
  - αυ, ut νηῦς, pro ναῦς.
  - ευ, ut ἠΰκομος, pro εὔκομος.
- ι pro
  - γ, ut ἐνείκω, pro ἐνέγκω.
  - ε, ut ἐπίστιος, pro ἐφέστιος.
  - ιε, ut ἱρεὺς, pro ἱερεύς.
- κ pro π, ut κοῖον, pro ποῖον.
- ξ pro
  - σσ, ut τριξὸς, pro τρισσὸς.
  - χ, ut τρίξα, pro τρίχα.
- οα pro ου, ut χρόαν, pro χροῦν.
- οιο pro ου, ut λόγοιο, pro λόγου.
- οο pro ου, ut ῥόος, pro ῥοῦς.
- ου pro ο, ut μοῦνος, pro μόνος.
- ω pro
  - α, ut χρείω, pro χρεῖα.
  - αυ, ut θῶμα, pro θαῦμα.
  - ευ, ut ἐκπλώσας, pro ἐκπλεύσας.
  - η, ut ἀρωγὸς, pro ἀρηγὸς.
  - ο, ut δεύρω, pro δεῦρο.
  - οα, ut βῶξ, pro βόαξ.
  - οη, ut βώσω, pro βόησω.
  - ου, ut βῶν, pro βοῦν.
- ωι pro ῳ, ut λόγωι, pro λόγῳ.
- ωυ pro αυ, ut ὠυτὸς, pro αὐτὸς.
- Tenues pro aspiratis, ut δέκομαι, pro δέχομαι, et in apostropho, vel compositione, ut κατ᾽ οὗ, pro καθ᾽ οὗ. ἀπαιρέομαι, pro ἀφαιρέομαι.
- Aspiratas pro Tenuibus, ut κιθὼν, pro χιτὼν.

Iones hîc Atticis sunt contrarii, quòd illi nihil contrahunt: non enim dicunt ποιῶ, sed ποιέω. Etiam vocales circumflexas, et diphthongos resolvunt, ut τυπέω, pro τυπῶ. τύπτεο, pro τύπτου· adscribunt ι subscribendum, ut χρηΐζειν, pro χρῄζειν· transponunt literas in unâ syllabâ, ut κραδία, pro καρδία· in duabus, in γοῦνος, pro γόννος.

Addunt initio τ, ut τὸν, pro ὄν. ϑ, ut ϑειλόπεδον, pro εἰλόπεδον· ο, ut ὀὐ, pro οὗ. ε, ut ἕε, pro ἕ. α, ut ἄπας, pro πᾶς· habent anadiplas. λελάχωσι, pro λάχωσι.

Interserunt medio ι ad ε et ο, ut ξεῖνος, pro ξένος. χροία, pro χρόα. υ ad ο, ut μοῦνος, pro μόνος· γ, ut ἐρίγδουπος, pro ἐρίδουπος. σ, ut λεγόμεσθα, pro λεγόμεθα· τ, ut ὅττι, pro ὅτι. ε, ut ἀδελφέος, pro ἀδελφὸς· ι, ut λόγοϊιν, pro λόγοιν. τη, ut ἐτήτυμος, pro ἔτυμος.

Adjiciunt fini ι, ut λόγοισι, pro λόγοις. τε, ut ᾧτε, pro ᾧ.

Tollunt ab initio δ, ut αἰνὸς, pro δεινὸς· γ, ut αἶα, pro γαῖα· λ, ut εἴβειν, pro λείβειν. σ, ut μικρὸς, pro σμικρὸς. ε, ut ὀρτὴ, pro ἑορτὴ· præsertim, si sit augmentum, ut τύπτε, pro ἔτυπτε· etiam in reduplicatione perf. ut βλήμενος, pro βεβλημένος.

E medio ι, ut δέξω, pro δείξω· δ, ut ἔριος, pro ἔριδος. κ, ut βέβαα, pro βέβηκα. λ, ut κάλιον, pro κάλλιον. σ, ut ἐτίθεο, pro ἐτίθεσο. τ, ut κρέαος, pro κρέατος. ε, ut ἵραξ, pro ἱέραξ. κο, ut κάμμορος, pro κακόμορος. μη, ut οἶμα, pro οἴμημα· ρε, ut ἔξαιτος, pro ἐξαίτερος. εων, ut δευκαλίδης, pro δευκαλεωνίδης.

A fine ν, ut ἔσθ' ὅπως. pro ἔστιν ὅπως· να, ut κυκεῶ, pro κυκεῶνα. σι, ut σφὶ, pro σφίσι· τα, ut ἱδρῶ, pro ἱδρῶτα.

Præterea, corripiunt longas, cùm α longum claudit syllabam, vocem faciunt oxyt. cum α breve, faciunt proparoxyt. et auctis vel minutis dictionibus solent tonum mutare, faciunt fœm. in εια, paroxyt. sublato ε, ut ἀληθία, pro ἀλήθεια, et sunt ratione spiritûs ψιλωτικοὶ, ut Eustath. vocat.

Dorica ponit
- α pro
  - αι, ut ἕταρος, pro ἑταῖρος.
  - αυ, ut νᾶν, pro ναῦν.
  - ε, ut αἴκω, pro αἴκε· αἴσθε, pro εἴσθε.
  - εα, ut ϑᾶσι, pro ϑεᾶσαι.
  - ει, ut κλᾶδας, pro κλεῖδας.
  - η, ut ἁμέρα, pro ἡμέρα. μάτηρ, pro μήτηρ.
  - ο, ut εἴκασι, pro εἴκοσι.
  - ου, ut αἰνέια, pro αἰνέιου.
  - ω, ut μουσᾶν, pro μουσῶν, quod fit in genit. plur. primæ declinationis.
  - ωη, ut πρᾶν, pro πρώην.
- αι pro ει, ut φθαίρω, pro φθείρω.
- δ pro
  - β, ut ὄδελος, pro ὄβελος.
  - γ, ut δνόφος, pro γνόφος. δημήτηρ pro γημήτηρ.
  - ζ, ut ἔρδω, pro ἔρζω.
  - σ, ut πέφραδμαι, pro πέφρασμαι.
  - τ, ut ϑέμιδος, pro ϑέμιτος.
- δδ pro ζ, ut ϑερίδδειν, pro ϑερίζειν.
- ε pro
  - α, ut ἕτερος, pro ἅτερος.
  - ει, ut τύπτε, pro τύπτει.
  - η, ut ἄρες, pro ἄρης.
  - ο, ut ἐδόντας pro ὀδόντας.
- εε, pro η, ut φιλεέσω, pro φιλήσω.

Dorica ponit

ει pro η, ut τέθεικα, pro τέθηκα.

ευ pro
- εο, vel ου, ut Δημοσθένευς, pro Δημοσθένεος, vel Δημοσθένους.
- ω, ut ἠγάπευν, pro ἠγάπων.

ζ pro
- β, ut ζέρεθρον, pro βέρεθρον.
- δ, ut ἀζηχὲς, pro ἀδηχὲς.
- θ, ut ζεὸς, pro θεὸς.
- πτ, ut νίζω, pro νίπτω.
- σσ, ut νίζω, pro νίσσω.

η pro
- α, ut ἐβόη, pro ἐβόα, quod fit in contractionibus, quæ communiter ex αε, et αη, in α fiunt.
- εα, ut κρῆς, pro κρέας.
- ει, ut ἐφίλη, pro ἐφίλει.

η pro α, ut βοῆ, pro βοᾷ.

θ pro δ, ut ψεῦθος, pro ψεῦδος.

ι pro ε, ut θιὸς, pro θεὸς, ut et Bœoti.

κ pro
- ρ, ut μίκκον, pro μίκρον.
- τ, ut τόκα, pro τότε.
- χ, ut κύτρα, pro χύτρα.

μ pro
- β, ut μιαιφόνος, pro βιαιφόνος.
- ι, ut ἐμμὶ, pro εἰμὶ.

ν pro
- λ, ut ἦνθον, pro ἦλθον, sequente θ vel τ.
- σ, ut ἐν ἀγορὰν, pro ἐς ἀγορὰν.
- τ, ut τετράενες, pro τετράετες.

ξ pro σ, ut λυγίξω, pro λυγίσω, quod fit in quibusdam futuris.

ο pro
- ε, ut λάβον, pro λάβε, addito insuper ν.
- ου, ut τὸς θεὸς, pro τοὺς θεοὺς.

οι pro ο, ut πνοιὴ, pro πνοὴ.

ου pro
- αυ, ut τούτας, pro ταύτας.
- ευ, ut ἔσουα, pro ἔσευα.

π pro τ, ut σπάδιον, pro στάδιον.

σ pro
- θ, ut σιὸς, ante.
- ν, ut τύπτομες, pro τύπτομεν.

σδ pro ζ, ut συρίσδω, pro συρίζω.

σσ pro σ, ut ὅσσον, pro ὅσον.

τ pro
- κ, ut τῆνος, pro κεῖνος.
- σ, ut τὺ, pro σὺ, in initiis.

ττ pro τ simplici, ut ὅττι, pro ὅτι, quod et Æolicum et poëticum est.

υ pro α, ut σύρξ, pro σάρξ.

φ pro π, ut κάφα, pro καὶ εἶπα.

χ pro θ, ut ὄρνιχες, pro ὄρνιθες.

ω pro
- η, ut τῶς μελίσσως, pro τῆς μελίσσης.
- ο, ut ὦρος, pro ὄρος.
- ωα, ut βῶξ, pro βώαξ.
- ου, ut αἰδῶς, pro αἰδοῦς, quod est et Æolicum.

ῳ pro οι, ut πῳμενικὸς, pro ποιμενικὸς.

Dorici detrahunt ι, ex dipht. ut λαβὲν, pro λαβεῖν· in diphthongis impropriis, ᾳ, ῃ, ῳ, ι, subscript. negligunt, ut τῷ αἰνέια, pro τῷ αἰνέιᾳ: utuntur interdum casibus pluralibus pro singularibus fœmin. ut καλαὶ, pro καλὴ· literas transponunt, ut βάρδισος, pro βράδισος· inserunt ε, ut Iones.

Initio addunt β, ut βηλέα, pro ἠλέα. τ, ut τῶς pro ὣς, et reduplicant, ut τετάχω, pro τάττω.

Medio interserunt ι ad ο, ut πνοίη, pro πνόη. υ ad ε, ut ζητεύω, pro ζητέω. θ, ut διχθὰ, pro διχῆ· ν, ut ὀρύνω, pro ὀρύω. σ, ut τυπτόμεσθα, pro τυπτόμεθα· habent diaplasiasm. π, σ, τ, ut ὁππόθεν, pro ὁπόθεν, ὅσσον, pro ὅσον, ὅττι, pro ὅτι. α, ut ποσέιδαων, pro πόσειδον· ε, ut κενεὸς, pro κενὸς· με, ut βήμεναι, pro βῆναι.

Fini adjiciunt ν, ut ἐγὼν, pro ἐγὼ. σ, ut οἰκαδὲς, pro οἰκαδὲ. ι, ut καλοῖσι, pro καλοῖς. γα, ut ἐγώγα, pro ἐγὼ. νὴ, ut ἐγώνη, pro ἐγὼ.

Auferunt initio τ, ut ἦμος, pro τῆμος. θε, ut λῶ, pro θέλω.

Medio ι, ut σφὲς, pro σφεῖς· υ, ut βασιλέσι, pro βασιλεῦσι. δ, ut πάριος, pro πάριδος. θ, ut ἐσλὸν, pro ἐσθλὸν. ρ, ut ἔμποσθεν, pro ἔμπροσθεν. ε, ut ἐγέντο, pro ἐγένετο. ευ, ut κέλομαι, pro κελεύομαι. μο, ut ὁπάτριος, pro ὁμοπάτριος. ο, ut μενέλας, pro μενέλαος.

Finis ς, ut ὃ, pro ὅς. α, ut πὰρ, pro παρὰ. ἂν pro ἀνὰ. βδα, ut λάμ, pro λάμβδα. μα, ut δῶ, pro δῶμα. μνον, ut κρῖ, pro κρίμνον. τὰ, ut κέρα, pro κέρατα.

Producunt ancipites, corripiunt accus. plural. in ας, et tonum mutant: ut νῦμφας, pro νύμφας· spiritus in medio habent pro σ· apud eos oxytona fiunt barytona, perispomena paroxytona, paroxytona perispomena; in genitivis plur. adverbiis qualitatis, et fut. verborum. Proparox. in οι, in nomin. plur. et fœm. in ες, et αν, et ον, aorist. fiunt paroxyt. et in fut. medio perispomena, ut τυψῦμαι, pro τύψομαι.

Æolica ponit

α pro
- αι, ut ἄρχαος, pro ἀρχαῖος.
- εν, ut ὄπισθα, pro ὄπισθεν.
- η, ut μαχανὰ, pro μαχανὴ, et hoc fit Dorum more.
- ο, ut ἅσσα, pro ὅσσα.
- ω, ut γελᾶν, pro γελῶν.

αι pro
- α, ut τύψαις, pro τύψας.
- η, ut μιμναίσκω, pro μιμνήσκω.
- ο, ut ὑπαὶ, pro ὑπὸ.

αϊ pro
- ᾳ, ut βοάϊς, pro βοᾷς.
- αι, ut παΐς, pro παῖς, in monosyllabis.

αο pro ου, ut αἰνέιαο, pro αἰνέιου.

αυ pro α, ut ναυὸς, pro ναὸς.

β pro
- δ, ut βέλεαρ, pro δέλεαρ.
- μ, ut βέλλω, pro μέλλω.
- π, ut βικρὸν, pro πικρὸν.

Æolica ponit

- δ pro
  - β, ut ὀδελὸς pro ὀβελὸς.
  - ζ, ut δυγὸς, pro ζυγὸς.
  - η, ut ὀδμὴ, pro ὀσμὴ, ἴδμεν pro ἴσμεν.
- δσ pro ζ, ut δσεὺς, pro ζεὺς.
- ε pro
  - α, ut γελήνη, pro γαλήνη· λεγόμεθα, pro λαγόμεθα.
  - η, ut ἄρες, pro ἄρης, tum verò plerumque sequens consona reduplicatur, ut τιθέμμι, pro τιθήμι.
  - ι, ut ἀδέκαστος, pro ἀδίκαστος.
  - ο, ut ἐδύνη, pro ὀδύνη.
- ει, pro η, ut πειλεὺς, pro πηλεὺς.
- εϊ, pro εῖ, ut ἀργέϊοι, pro ἀργεῖοι.
- ευ, pro ου, ut ἀκεύμενος, pro ἀκούμενος.
- ζ pro
  - β, ut ζέρεθρον, pro βέρεθρον.
  - γ, ut ὀλίζον, pro ὀλίγον.
  - δ, ut ζιαβάλλειν, pro διαβάλλειν.
  - σω, ut ὀρύζω, pro ὀρύσσω.
- η pro
  - α, ut ἧηρ, pro ἀὴρ.
  - ε, ut τύπτης, pro τύπτες, Doricè ex τύπτεις.
  - α, ut κρῆς, pro κρέας, in quibusdam tantùm.
  - ει, ut ἐνόη, pro ἐνόει.
  - ευ, ut Ἀχιλλῆς, pro Ἀχιλλεὺς.
  - ι, ut ἀκτὴν, pro ἀκτὶν.
  - ου, ut φοβήμενος, pro φοβούμενος.
- η pro ει, ut κάλην, pro καλεῖν.
- θ pro
  - δ, ut οὐθὲν, pro οὐδὲν.
  - σ, ut μηνιθμὸς, pro μηνισμὸς.
- ι pro υ, ut τοῖς ἀνθρώποις, pro τοὺς ἀνθρώπους.
- κ pro π, ut ὅκως, pro ὅπως.
- σκ pro ξ, ut σκένος, pro ξένος.
- μ pro
  - π, ut μαθοῦσα, pro παθοῦσα.
  - ν, ut πέμπε, pro πέντε.
- ν pro σ, ut τετύφων, pro τετυφώς.
- ξ, pro χ, ut διξᾶ, pro διχῆ.
- ο pro
  - α, ut στολεὶς, pro σταλεὶς.
  - ε, οἴδασθα, pro ἔδασθα.
  - ω, ut τύπτομεν, pro τύπτωμεν.
  - οι, ut πόημα, pro ποίημα.
- οϊ pro
  - ει, ut ὄνοιρον, pro ὄνειρον.
  - οι, ut κοΐλον, pro κοῖλον.
  - ου, ut τύπτοισα, pro τύπτουσα.
- π pro
  - μ, ut πετ' ἐμοῦ, pro μετ'.
  - τ, ut σπολὴ, pro στολὴ.
  - φ, ut ἀμπὶ, pro ἀμφὶ.
- ππ pro
  - μμ, ut ὄππατα, pro ὄμματα.
  - π, ut ὄππη, pro ὄπη.
- πς pro ψ, ut πέλοπς, pro πέλοψ.
- ρ pro σ, ut ἄῤῥην, pro ἄρσην.

Æolica ponit

- σ pro ν, ut Φρονεῖς, pro φρονεῖν.
- σδ pro ζ, ut σδεὺς, pro ζεὺς.
- σκ pro ξ, ut σκένος, pro ξένος.
- σπ pro ψ, ut σπαλὶς, pro ψαλὶς.
- σσ pro { σ simplici, ut ὅσσον, pro ὅσον, quod et Dores et Poëtæ. / ττ, ut ἐμπίσσειν, pro ἐμπίπτειν. }
- τ pro { θ, ut κατῆκε, pro ἐμπίπτειν. / σ, ut τὺ, pro σὺ, ut Dores. }
- υ pro { α, ut σύρκες, pro σάρκες. / ο, ut ὄνυμα, pro ὄνομα. }
- φ pro { θ, ut φλᾶται, pro θλᾶται. / χ, ut αὐφένα, pro αὐχένα. }
- ω pro { ο, ut ὤσσα, pro ὄσσα. / ȣ, ut μῶσα, pro μȣ̃σα, non in Crasi. / υ, ut ὠψηλὸς, pro ὑψηλὸς. }

Æoles utuntur κατὰ pro μετὰ, tenui pro aspero, ut ἤλιος pro ἥλιος, adscribunt ι subscribendum in secundis et tertiis personis verborum secundæ contractorum; γελάϊς pro γελᾷς, et omittunt, ut λόγω pro λόγῳ· amant η et ε, resolvunt αι, ει, οι, αυ, ευ, et habent peculiarem aor. 1. opt. act. ρ transponunt, et quandoque duplicant, ι in ε mutato, ut μέτερρος, pro μέτριος.

Addunt initio ο ante υ, ut ὄδωρ, pro ὕδωρ· β ante ρ, sequente δ, κ, τ, et etiam ζ, ut βρόδον, pro ῥόδον, βράκος pro ῥάκος, βρυτὴρ pro ῥυτὴρ, βρίζα pro ῥίζα. ε, ut ἐδάπεδον pro δάπεδον.

Medio inserunt ι, ut καλαῖς, pro κάλας. υ post ε sequente aliâ vocali, ut εὔαδε, pro ἔαδε. β, ut ἀλιβδύειν, pro ἀλιδύειν. γ, ante χ vel ξ, ut πλάγξω, pro πλάξω. κ, ut ὄκχος, pro ὄχος. σ, ut σέρσω, pro σερῶ. habent anadiplasiasmum λ, μ, ν, π, ρ, σ, τ, &c. ut ἄμμες, pro ἡμεῖς, α etiam in medio redundant, ut θεάων, pro θεῶν, et δύασι pro δυσί.

Fini adjiciunt ν, ut λητὼν, pro λητώ· θα, ut ἦσθα pro ἦς.

Auferunt initio δ, ut αἰνὸς, pro δεινὸς. μ, ut ἴα, pro μία· σ, ut μίλαξ, pro σμίλαξ.

Medio ι, ut ἔταρος, pro ἑταῖρος, et post ε succedente consonâ aliquâ. χ, ut χέῤῥες pro χεῖρες. σπένδω, pro σπείδω. γ ex desinentibus in υγξ, ut Φάρυξ, pro Φάρυγξ. δ, ut πάριος, pro πάριδος. ε, ut ἱρὸν, pro ἱερὸν. μη, ut ὤρσεν, pro ὥρμησεν. ὁ, ut ἀγνήκαμες, pro ἠγνοήκαμες.

Fini ν, ut ὄπισθε, pro ὄπισθεν. σ, ut ὁ, pro ὅς.

Præterea in priores syllabas accentum retrahunt, ut πόταμος, pro ποταμὸς.

Bœotica
- δδ pro ζ, ut θερίδδειν, pro θερίζειν.
- ει pro η, ut εἴρωες, pro ἥρωες.
- ι pro ε, ut βασιλίος, pro βασιλέος.

Poëtae ponunt

ε pro { ει, χερὶ, pro χειρὶ.
η, ut ξερὸς, pro ξηρὸς. }

εα pro η, ut ἐάγην, pro ἤγην.

εε pro ει, ut ἔεργω, pro εἴργω.

ει pro { ε, ut εἴπω, pro ἔπω.
εε, ut Δημοσθένει, pro Δημοσθένεε. }

εϊ pro εῖ, ut θεῖος, pro θεῖος.

ευ pro { η, ut ἄρευς, pro ἄρης.
εο, ut πόλευς, pro πόλεος.
ο, ut ὑδροχόευς, pro ὑδροχόος. }

εϋ pro ευ, ut ἐΰζοος, pro εὔζοος.

η pro { ε, ut τιθῆναι, pro τιθέναι.
ο, ut θεητόκος, pro θεοτόκος. }

η pro αι, ut σήην, pro σαίην.

ηϊ pro η, ut κληϊδὼν, pro κληδὼν.

ηϋ pro ευ, ut ἠΰκομος, pro εὔκομος.

ο pro { α, ut ὁρόω, pro ὁράω.
ω, ut εὐρύχορος, pro εὐρύχωρος, τύπτομεν, pro τύπτωμεν. }

οι pro ο, ut ἀλοιάω, pro ἀλοάω.

ω pro { α, ut δρώω, pro δράω.
ε, ut τρωπάω, pro τρέπω. }

Poëtae de omnibus prioribus Dialectis participant.

Tenues et aspiratae consonae apud eos in medias abeunt, ut δέδοιδμεν, pro δεδοίκαμεν· habent metathesin, ut ἔμμορα, pro μέμορα.

Habent etiam ὑπείρεχον pro ὑπέρειχον.

Initio addunt γ, ut γέντο, pro ἔντο. α, ut ἀάσα pro ἆσα. ε, ut ἐείκοσι pro εἴκοσι· προ, ut προπάροιθεν, pro πάροιθεν.

Medio inserunt ι, ut γελοΐω pro γελόω, λόγοιϊν pro λόγοιν· υ, ut ἀχεύω pro ἀχέω· γ, ut ἐγδύπησα, pro ἐδύπησα. θ, ut τρίχθα pro τρίχα. κ, ut ὄκχος pro ὄχος. geminant π, ρ, σ, τ, ut ὅππη pro ὅπῃ. inserunt σ in compositione, ut θεόσδοτος pro θεόδοτος. α, ut κεράατος pro κέρατος. ε, ut γενέεσθαι pro γενέσθαι. ει, ut θαμειὸς pro θαμὸς. η, ut θεήϊος pro θεῖος.

Fini, ε, ut ἦε, pro ἦ. θεν, ut πάροιθεν, pro πάρος. ο, ut μίνωο, pro μίνω, φι, ut στρατόφι pro στρατὸς.

Auferunt initio λ, ut αἰψηρὸς, pro λαιψηρὸς. σ, ut καμάνδριον pro σκαμάνδριον. ε, ut πίσταται pro ἐπίσταται.

Medio ι, ut ἀγέρω pro ἀγείρω. υ, ut δίπος pro δίπυς. γ, ut φάρυξ pro φάρυγξ. δ, ut μόλιβος pro μόλιβδος. λ, ut ἀχιλῆος pro ἀχιλλῆος. σ, ut κλείω, pro κλείσω. α, ut ἔλσας pro ἔλασας. ε, ut ἔπλε pro ἔπελε. ο, ut τίπτε pro τίποτε· ω, ut ἑκάτερθεν pro ἑκατέρωθεν. νε, ut ἀμώνα pro ἀνεμώνα. ρε, ut ἔξαιτος pro ἐξαίρετος. συ, ut δάσκιον pro δασύσκιον.

Fini ν, ut πρόσθε pro πρόσθεν. σ, ut πολλάκι pro πολλάκις. α, ut ἀνλύω pro ἀναλύω. ε, ut λόε pro ἐλόεε. ον, ut ἔρι pro ἔριον. μον, ut τρόφι pro τρόφιμον.

Præterea longas corripiunt, breves producunt, ancipites corripiunt vel producunt, accentus mutant, ϱ in medio ex gemino ϱ cum spiritu omittunt, et apostrophos negligunt.

De Articulis.

Articuli in masculino et neutro habent easdem dialectos quas tertia declinatio simplicium: in fœminino, quas secunda simplicium.

Habent etiam proprias affectiones: nam articulus præpositivus sumitur pro interrogativo τίς, vel indefinito τὶς, ut τȣ͂, Ionicè et poëticè τέο, Æol. τεῦ pro τίνος, cujus, vel τινὸς, alicujus, τῷ Ionice τέω, cui, alicui.

Attici addunt particulas, δε, et pro eo δι, γε, ȣν, ποτε, ut τόνγε pro τὸν, præpositivo, et γε postpositivo; cui poëtæ etiam addunt τε, ut ὅϛε pro ὅς.

Pro οἱ et αἱ, Dores dicunt τοὶ et ταὶ. Dores et Iones etiam præfigunt τ postpositivo τȣ͂ pro ȣ͂, exceptis ὃς, ἣ· et pro ὃς Dores et poëtæ dicunt ὃ, unde ὅτις pro ὅϛις. Æoles ὁ pro ὃς, neglecta aspiratione: hinc ὅτις.

Τῇ et ᾗ, adverbialiter aliquando usurpantur.

Τοῖσδεσι vel τοῖσδεσσι, poëtæ dicunt pro τοῖσδε per paragogen.

Ὁ μεν, ad propinquius, ὁ δὲ, ad remotius, sed non semper.

De Dialectis Declinationum.

Atticè vocativus semper est similis nominativo.

De primâ Declinatione.

Iones sæpè pro ας dicunt ης, ut αἰνείης. Dores verò ας pro ης, ut χρύσας, quæ vocales sunt etiam in cæteris casibus; est etiam α, Dor. pro ης, ut ἀρχύτα pro ἀρχύτης.

Pro αἰνείȣ, Doric. α, Æol. et Bœot. αο vel ευ. Ion. έω, et poët. ω, contractum ex Ion. εω· sic in plurali, et hoc εω habet accentum in antepenultima, si nominat. sit paroxytonus; sed hoc ε in scansione sæpè dissimulatur, ut in primo carmine α Iliad. aliquando etiam poët. εϊω.

Dativus α Doricè sine ι subscripto.

Iones habent in accus. εα pro ην, ab ης, ut χρύσεα.

Attici et poëtæ usurpant vocativos in α pro nominativis in ης, ut θύεϛα pro θυέϛης.

Genit. plur. Ion. έων, Dor. ᾶ, Æol. et Bœot. άων.

Iones αις vertunt in ης, ut etiam in secundâ declinatione, ut αἰνείης pro αις, Æol. et poët. abjicitur ι, ut τιμὰς pro τιμαῖς.

Dativis pluralibus cujuscunque declinationis in σ desinentibus additur ι, Atticè, Dor. Ion. et Æol. et etiam ν, si sequens dictio à vocali incipit.

Iones faciunt accus. plur. in εας, ultimâ brevi, ut αἰνείεας.

De secundâ Declinatione.

Ionicè α in nominativo mutatur in η, ut μέσῃ. Dor. η in α, ut τιμὰ, et sic in reliquis casibus.

Genit. et dativus sing. habet ω Dor. pro α vel η, ut τῶς μελίσσως, τῷ μελίσσᾳ, ι subscripto vel neglecto.

In genitivo et dativo pluralibus eædem sunt dialecti, quæ in genitivo et dativo pluralibus primæ declinationis.

Æol. pro ας in accus. dicunt αις, retento accento, ut καλαίς.

Nominibus secundæ declinationis additur poët. φι et φιν· sed sic α aliquando vertitur in η, Ion. βία, βίηφι· aliquando in ο, ut ἐσχάροφι pro ἐσχάρα, et etiam η ut αὐτόφι pro αὐτὴ, ipsa; alia desinentia in η, nihil mutant, ut εὐνῆφι pro εὐνὴ, et hæc ita aucta, sunt cujuslibet numeri et casus. Idem accidit quibusdam nominibus tertiæ declinationis: sed ex ος et ον· σ deperditur et ν, et ita sunt paroxyt. στρατὸς, στρατόφι, exercitus; ὀστέον, ὀστέοφι, os, ossis; contingit hoc et neutris quibusdam quintæ declinationis, sed ος vertitur in ες, ut στῆθος στήθεσφι, pectus; et in fœmininis ejusdem in ων, fit prius genitivus in ονος, ac deinde migrante σ in φι fit nomen poëticum, ut ἡ κοτυληδὼν, genit. τῆς κοτυληδόνος, unde κοτυληδόνοφι, acetabulum; invenitur et ἐρέβευσφιν et ναῦφιν.

Patiuntur prima, secunda, et tertia, apocopen, ut γλὴν, γλάφυ, pro γλήνη, γλάφυρον· sic in quintâ, ut δῶ pro δῶμα, domus: ex κάρηνον verò Attic. fit κάρα, et Ion. κάρη, caput, quæ omnia sunt indeclinabilia: in quintâ autem omnes casus hanc apocopen patiuntur: αἶαν verò et θόαν, sunt pro αἴαντες et θόαντος, ἱδρῶ pro ἱδρῶτι, Ποσειδῶ, pro Ποσειδῶνα, &c.

Patiuntur et metaplasmum prima, secunda et tertia, ut ἀλκὴ, dat. ἀλκῇ, poët. ἀλκί· ἰκτῖνος, accus. ἰκτῖνον, poët. ἰκτῖνα· δένδρον, dat. plur. pro δένδροις, Ion. δένδρεσι· λιτὸν, nom. plur. λιτὰ, poët. λῖτα, &c.

De tertiâ Declinatione.

Pro ου in genitivo, Att. Ion. et poët. οιο, Dor. ω. In duali pro λόγοιν, Ion. λογοῖιν, et pro λογοὺς, accus. Dor. λόγως et λόγος, Æol. λόγοις.

Atticè additur ν, neutris communiter abjicientibus, ut ἄλλον pro ἄλλο.

De quartâ Declinatione.

Nomina quartæ formata à tertiâ, retinent α breve in penultimâ, sed longum mutant in ε.

Pro ω in genitivo fit poët. ωο, et Dor. ι subscribitur, ab Ionico οιο.

Attici in hâc declinatione accusat. quorundam absque ν proferunt.

Dores ι subscriptum ubique negligunt.

De quinta Declinatione.

Iones inflectunt nomina desinentia in ἀν, ἄνος, per ἦν, ἦνες, Æoles in ας, masc. per αις.

Monosyllaba in αῖς resolvuntur in αι.

Tria in υς mutant εος in εως, ut πῆχυς, πρέσβυς, πέλεκυς.

Adjectiva in οεις, contrahuntur in ȣς, ut πλακόεις, πλακοῦς, sic ήεις in ῆς, et cæteros casus formant, ut nomina in ȣς et ης desinentia.

Iones, Æoles, et Dores, auferunt δ et τ ex obliquis in ις et υς, Baryt. impur. et hi casus aliquando contrahuntur, ut ἔριδας, ἔριας, contract. ἔρεις· hinc accus. sing. in ν, α, ut μῆνιν et μηνίδα. Poëtæ formant accus. nominum in ις et υς purè flexorum in α, ut βότρυα, βότρυν.

Dores formant genitivos et dativos auferendo ς, ut Φόρκυς, gen. et dat. Φόρκυ.

Αυς Ion. flectitur per η, ut νῆυς, Attic. per ε in genit. sing. νεὼς, et totum pluralem. Accus. in αυν, sed poët. et Ion. in α, ut νῆα· sed ȣς, Dor. in ως· ȣν, Dor. in ων· et plur. ȣς, Dor. in ως.

In accusativo quorundam Attici habent apocopen τοῦ α, ut Ἀπόλλω, pro Ἀπόλλωνα. Poëtæ syncopen, ut θύγατρα, pro θυγατέρα.

Comparativi in ων in accus. singulari, et nom. accus. et vocat. plur. amittunt ν Ion. ut μείζονα, Ion. μείζοα· et contrahunt οα in ω Attic. ut μείζω.

In nominibus in ας vel ȣς, facientibus genit. per ντος, quæ communiter formant vocat. per αν vel οῦν, poëtæ auferunt ν, et tum fit vocativus, ut θόα pro θόαν, πλακοῦ pro πλακοῦν, quibus additur ἄνα pro ἄναξ.

Dores vocativum nominum in ῶν resolvunt in αον. Æoles vertunt ων in vocativo in ον, ut Ποσειδῶν, Dor. Ποσειδάον, Æol. Ποσειδον.

Vocat. nominum in ις, ιδος, formatur, abjiciendo ς, ut ὦ Ἀμαρυλλί.

Οιν in duali Ion. vertitur in οιϊν, ut ποδοῖϊν pro ποδοῖν, ut in tertiâ.

Iones genit. plur. quorundam mutant ων in εων, ut χειρέων pro χειρῶν, ut in primâ.

Poëtæ in dativo plurali reduplicant σ, ubi metrum postulat: aliquando formant à genitivo sing. mutando ος in ες, et addendo σι, ut pro αἴασι, fit poët. αἰάντεσσι, et in contractis declinationibus, ut βασιλέεσσι· sed sæpè metri causâ, alterum σ in talibus deperditur.

Æoles faciunt dativos plur. quintæ desinere in οις, ut ποιημάτοις pro ποιήμασι.

Æoles inflectunt quædam nomina quintæ secundùm tertiam flexionem, ut ἔρως, ἔρου, pro ἔρωτος. Attici secundum quartam, ut ἔρως, ἔρω.

Πολὺς, poët. πολλὸς, et in accus. πολλὸν· in genit. πολέος, dat. πολέϊ, nom. plur. πολέες, &c.

Poëtæ ε et ο breves tripliciter producunt: primò, vel mutando illas in proprias longas, ε in η, et ο in ω. secundò, vel addendo subjunctivum, ι et υ. tertiò, vel geminando consonam sequentem.

Υἱΐς, genit. υἱΐος, et syncop υἱος, et sic in aliis casibus. Dat. plur. υἱάσι non υἱσι, quia υἱ non scribitur ante consonantem.

Contractio aliquando fit in longâ vocali sequente ι, quod subscribitur in contractione, ut νηρῇδες, pro νηρηΐδες.

De primâ Declinatione contractorum.

Propria nomina à κλέος composita, duplicem habent contractionem, ut Σοφοκλέης genit. έεος, contr. 1. ῆος vel έους. 2. οῦς· sed adjectiva ab eodem composita, flectuntur et contrahuntur, ut ἀληθὴς, et εὐκλεὴς.

Attici formant nom. accus. et vocat. propriorum hujus declinationis parasyllabos, ut Σωκράτης, Σωκράτην, Σωκράτης, et in sic plur. instar primæ simplicium.

Æoles et Dores aliquando à contractis detrahunt σ, ut Σωκράτου pro Σωκράτους, ut et in vocat. ὦ Σώκρατε.

Adjectiva in ης, ab ἔσος composita, Att. induunt formam substantivorum primæ simplicium, ratione accentûs, terminationis, et generis, ut ὁ διέτης, genit. ου, dat. η, accus. ην.

In gen. pro ου, Dor. et Æol. ευ, Att. έα· in accus. sing. contrahitur in ᾶ, si sit ex ὴς puro, ut ὑγιᾶ pro ὑγιῆ.

Pro ῆ ex duplici εε, in duali, fit poët. ει, in quibusdam neutris, ut σκέλει pro σκέλη, et nonnunquam ε, ut ὄσσε pro ὄσσεε, altero ε per apocopen sublato.

De secundâ.

Πόλις in genit. communiter πόλιος, Attic. εως· dual. εων, plur. εων, accentu in antepenult. Ion. εος, unde et in casibus contrahendis, nempe dat. sing. nom. accus. et voc. plur. ut in nom. accus. et voc. dualibus, qui communiter non contrahuntur, contractio Ionica fit more primæ contractorum. dat. εϊ, ει, dual. nom. accus. et voc. εε, η. Plur. nom. accus. et voc. εες, et εας, εις, et in neutris εα, η. Contractionem autem in η quidam Atticis tribuunt. Poët. ηος· hinc accus. ηα, non ιν. Dor. πόλευς à πόλεος Ionico.

De tertiâ.

Doricè et Æol. ευς, oxyt. fit. baryt. ut βασίλευς. Ion. εὺς efferunt in ης, ut Ἀχίλλης, pro Ἀχιλλεὺς.

Βασιλεὺς, communiter έος. Attic. έως. Ion. recenter ῆος, sed antique εῖος. Bœot. ίος. Dor. εὺς, factâ crasi ex έος in οῦς, deinde verso ου in ευ, et sic in cæteris casibus ε vel η, vel ι retinetur.

Ευς purum habet in genit. et accus. Atticam contractionem, ut Πειραιεὺς, genit. έως, ῶς. accus. έα, ᾶ· et poëtæ contrahunt accus. aliorum, ut βασιλῆ, poët. pro βασιλέα.

Attici in nom. plur. contrahunt έες, in ῆς, communis contractio εις fit Attic. ῆς.

Dativus pluralis communiter εῦσι, Ion. ῆσι, poët. έσι, έεσσι, et ήεσσι.

De quartâ.

Όος, communiter in ȣς, sed Æol. et Dor. in ῶς· sic accus. όα, communiter in ώ, si nomin. desinit in ώ, vel in ῶ, circumf. si nom. in ώς, sed Ion. ȣ͂ν, et Æol. ῶν.

Poëtæ quandoque formant dualem et plur. secundum quintam simplicium.

De quintâ.

Εα Dor. contrahitur in η, ut κρέας pro κρῆς.

Iones ponunt ε pro α, ut γέρεος pro γέραος, à γέρας, poëtæ dicunt γεράτεσσι, et γεράεσσι in dat. plur.

Nomin. accus. et vocat. plur. poëticam apocopen aliquando patiuntur, ut κρέα pro κρέατα, α nihilominus correpto.

De Nominibus Adjectivis.

Adjectiva sequuntur dialectos substantivorum.

Adjectiva composita in ος communiter, et multa derivata pura, et in ιμος Attic. communis generis sunt; multa simplicia et primitiva in ος poët. sunt communis generis; sic participia tertiæ et quintæ declinationis, et adjectiva quintæ declinationis, quæ communiter sunt masculina tantùm.

Ην communis generis habet poët. εινα, Ion. είνη.

Iones et poëtæ formant αιρα in fœmin. ab αρ omnium generum, ut μάκαιρα.

Υς Dor. in fœm. έα pro εῖα.

Denominativa in όεις, ut ἀνεμόεις; et ήεις, ut αἰγλήεις; sunt plerumque poëtica.

De Comparationibus.

Attici à positivis in ος, sæpè formant comparativum in ίστερος, et superlat. in ίστατος, pro ότερος ότατος, sæpè etiam ab αιος et ος, præcedente consonâ, in αίτερος et αίτατος· ab υς, ύτερος et ύτατος· pro ίων, ίστος· ειν pro εον, ut πλεῖν pro πλέον· σσων pro ζων, ut μάσσων pro μείζων, et ττων pro σσων, ut θάττων pro θάσσων.

Iones έστερος, έστατος, ut δίκαιος, δικαιέστερος, δικαιέστατος· et ιτερος, ut ῥηΐτερος, pro ῥαδιέστερος· et ευν pro έον, ut πλεῦν pro πλέον.

Dores dicunt pro κάρτερος, κάῤῥων· pro βελτίων, βελτεῖν· pro ἐγγίων, ἔσσων, pro βραδίων, βράσσων· pro βαθίων, βάσσων· pro κρείσσων, κρέσσων· pro πλείων, πλήων· pro ἧσσον, ἇσσον· et pro πλέον, ut Iones, πλεῦν.

Apud poëtas comparativa et superlativa ab aliis comparativis et superlativis fiunt, ut à ῥάων, fit ῥαότερος· ἀ κύδιςος, κυδιςατος.

Comparatio fit in substantivis, in verbis, in adverbiis, in participiis, et præpositionibus.

Ἀρέιων et λωΐων poëtica sunt, sed Attic. λώων.

Χερειων poëticum est, dat. χερέιονι, verso ει in η, et syncope literarum ον, χέρηϊ, sic in aliis casibus.

Possessiva, Diminutiva, Denominativa, Numeralia, Patronymica, et Verbalia.

Possessiva apud Atticos potiùs desinunt in εια, quàm ίνη, ut ἀνθρώπεια.

Apud Iones amittunt ι, ut ἀργύρεος, pro ειος.

Diminutiva delectant Atticos, et Dores nonnulla peculiaria habent ut πύῤῥιχος.

Pro δύο Attici dicunt δύω.

Iones pro εἷς dicunt ἕεις· pro τέσσαρες, dicunt τέσσερες· pro τριάκοντα, τριήκοντα· et sic in cæteris numeralibus in άκοντα· pro εἴκοσι, ἐέικοσι.

Dores τέτορες pro τέσσαρες, εἴκατι pro εἴκοσι, δίχθα pro διχῆ, ὀγδώκοντα pro ὀγδοήκοντα.

Æoles τέρτος pro τρίτος, πέσσυρες pro τέσσαρες, ἴα pro μία· πέμπε pro πέντε.

Poëtæ, δυὼ et δοιοὶ pro δύο, πίσυρες pro τέσσαρες, δυωκαίδεκον pro δώδεκα, δύο per omnes casus pro δυοῖν, δυσι, et in gen. plur. δυῶν.

Patronymica in ίδης, Attici terminant in ειδης.

Iones Patronymica terminant in ων, ut κρονέων pro κρονίδης.

Æoles mutant ιδης in άδιος, ut ὑῤῥάδιος pro ὑῤῥιδης.

Poëtæ ante δης inserunt α, ut πηληϊάδης, vel πηλειάδης pro ειδης, vel ΐδης, et saepè syncopen habent, ut ἠετίδης pro ἠετιωνίδης.

Fœmininis patronymicis in ις, inserunt η, ut καδμηῒς pro καδμὶς.

Verbalia quædam peculiaria habent Attici, ut βλέμμα pro βλέπος.

Quæ formantur à σμαι, præt. pass. mutant σ in δ Dor. et Æol. nonnunquam etiam in θ, ut φράδμων à πέφρασμαι, μηνιθμὸς à μεμήνισμαι.

De Pronominibus.

Sing. nom. ἐγὼ, Att. ἔγωγε, Dor. ἐγὼν et ἐγώνη, ἐγώσθην et ἐγώνγα Æol. ἐγῶ et ἐγῶν· Bœot. ἰώγα et ἰώνγα· Poët. γὼ.

Genit. ἐμȣ̃, Att. ἐμȣ̃γε, ἐμέοθεν, ἐμέθεν. Ion ἐμέο, et poët. ἐμεῖο. Dor. et Æol. ἐμεῦ, per aphær. τὸν ἐμȣ̃, μέοθεν, μέιοθεν, μέθεν, μέο, μεῖο, μεῦ.

Dat. ἐμοὶ, Att. ἔμοι γε, Dor. ἐμὶν et ἐμοίνη, per aphær. μοὶ et μὶν.

Accus. ἐμὲ, per aphær. με. Att ἔμεγε.

Dual. nom. et accus. νὼ, poët. νῶϊ, Dor. et Æol. ἄμμε, quod poëtæ usurpant etiam pro ἡμᾶς.

Gen. et dat. νῷν, poët. νῶϊν vel νῶϊ.

Plur. nom. ἡμεῖς, Ion. ἡμέες et ἡμεῖες, Dor. ἅμες, Æol. ἄμμες, poët. ἄμμες.

Genit. ἡμῶν, Ion. ἡμέων, ἡμείων, et ἥμων, Dor. ἁμῶν, et ἁμέων, Æol. ἄμμων, et ἀμμέων.

Dat. ἡμῖν, Ion. et poët. ἡμὶν, ultimâ brevi, Atticè ἧμιν, Dor. ἁμὶν et ἁμῖν, Æol. ἄμμιν, et ἄμμι.

Accus. ἡμᾶς, Ion. ἡμέας, et ἡμεῖας, Dor. ἁμᾶς, poët. ἀμμᾶς, vel ἀμμέας, Æol. ἄμμας, vel ἀμμέας.

Σύ.

Sing. nom. σὺ, Att. σύγε, Dor. τὺ, τύνη, et τύγα.

Genit. σοῦ, Att. σοῦγε, Att. vel poët. σέοθεν, et σέθεν, Ion. σέο, vel Ion. et poët. σεῖο, Dor. vel Æol. σεῦ, vel τεῦ, vel τεοῖο.

Dat. σοὶ, Dor. τοὶ, poët. τὶν, et τεΐν.

Accus. σὲ, Dor. τὲ et τὺ.

Dual. nom. et accus. σφὼ, Æol. et Dor. ὔμμε, quod poët. etiam est pro ὑμᾶς, poët. σφῶϊ.

Genit. et dat. σφῷν, poët. σφῶϊν.

Plur. nom. ὑμεῖς, Ion. ὑμέες, vel ὑμεῖες, Dor. ὕμες, et ὕμμες, Æol. ὔμμες.

Genit. ὑμῶν, Ion. ὑμέων, et ὑμείων, Dor. et Æol. ὔμμων, et ὑμμέων.

Dat. ὑμῖν, Att. ὗμιν, Æol. ὔμμι, et ὔμμιν, poët. ὑμὶν, ultimâ brevi.

Accus. ὑμᾶς, Ion. ὑμέας, Æol. ὔμμας, vel ὔμμε.

Οὗ.

Sing. genit. οὗ, Ion. ἓ, Ion. et poët. εἷο, Atticè et poët. ἕοθεν, et ἕθεν, Dor. εὖ, Æol. εὗ.

Dat. οἷ, Ion. ἑοῖ, poët. σφὶν.

Accus. ἓ, Ion. ἕε, poët. ἕθεν, et σφὲ, Dor. μὶν, et νὶν, quod etiam est omnis numeri et generis.

Dual. nom. et accus. σφὲ, poët. σφέε, σφωὲ.

Genit. et dat. σφὶν, poët. σφῶϊν.

Plur. nom. σφεῖς, Ion. σφέες, Dor. σφὲς, per apocopen σφὲ.

Genit. σφῶν, Ion. σφέων, Ion. et poët. σφείων.

Dat. σφῖσι, Ion. et poët. σφὶ, et σφὶν, et per aphær. φὶν.

Accus. σφᾶς, Ion. σφέας, Æol. σφὲς, et σφὲ, poët. et Dor. ψὲ.

Pronomina possessiva, quæ flectuntur more secundæ et tertiæ nominum simplicium, sequuntur earundem declinationum dialectos, ut Ion. ἐμοῖο, Dor. ἐμῶ, &c. pro ἐμοῦ, ab ἐμὸς.

Pro σὸς, σὴ, σὸν, Dor. et poët. τεὸς, τεὰ, τεὸν· Æoles contrahunt cum articulo retracto accentu, et amisso spiritu aspero, ut ὄσος, ἤση, τόσον.

Pro ἡμέτερος, ρα, ρον, Dor. ἁμέτερος, et ἁμὸς, ὰ, ὸν, Æol. ἄμος, α vel η, ον.

Pro ὑμέτερος, Dor. ὑμὸς, ὴ, vel ὰ, ὸν, Æol. ὕμος, &c.

Pro σφέτερος, Dor. σφὸς, ὰ, vel ὴ, ὸν, item σφέος, &c.

Pronominibus demonstrativis Attici addunt ι, ut οὑτοσὶ, in omni casu, sed neut. τουτοὶ, et sæpè τουτὶ, et in plurali pro ταῦτα dicunt ταυτί.

Addunt etiam Attici ι infinitis et relativis compositis, τοῖος, τόσος, τηλίκος, et οὗτος, ut τοιουτοσι.

Τοῖος, τηλίκος, τόσος, habent sæpè syllabam δὲ adjectam, ut τοσόσδε, in omni casu et numero, Atticè δι.

Ὃς, οὗ, οἷ, usurpatur aliquando pro αὐτὸς, et σφέτερος, pro ἡμέτερος, ὑμέτερος, &c. cum verbis primæ et secundæ personæ.

Pro ἐκεῖνος, poëtæ et Iones dicunt κεῖνος, Dores autem τῆνος per η diphthong. impropriam; vel sine ι.

Τοῦτο, ἐκεῖνο, et αὐτὸ, et compositis, Atticè additur ν.

Οὗτος et αὐτὸς, et composita ex his Ion. præponunt ε ante diphthongos vel vocales longas ultimæ syllabæ, excepto duali, et nomin. plur. ut τουτέου, pro τούτου.

Dores pro ταύτας, dicunt τούτας.

In compositis ab αὐτὸς, Iones vertunt αυ in ωϋ, hinc ἐμεωϋτέω, pro ἐμαυτοῦ.

Poëtæ flectunt ἑαυτοῦ divisim in sing. numero, ut ἕο αὐτοῦ, ἕοι αὐτῷ, ἕε αὐτόν.

Poëtæ pro δεῖνα, dicunt δεῖς, δεῖνος, δεῖνι, δεῖνα.

De Verbis.

Attici mutant Barytona in circumflexa, ut τυπτῶ, circumflexa in baryt. ut ἀνώγω, pro ἀνωγέω.

Augent in medio per syllabam αθ, ut ἀμυνάθω, pro ἀμυνῶ.

In quartâ conjugatione mutant σσ in ττ, ut πράττω, pro πράσσω.

Utuntur futuris mediorum pro activorum.

Tollunt σ ex ίσω fut. verborum polysyllab. in ίζω, et circumflectunt ultimam, ut ὁπλιῶ pro ὁπλίσω, ab ὁπλίζω· ὁπλιοῦμαι med. aliquando etiam Doricè οῦμαι· etiam ex άσω et έσω abjiciunt σ cum præcedente vocali, ut βιβῶ, pro βιβάσω, et futura barytonorum formant quasi à circumflexis, ut ἀλεξήσω ab ἀλέξω.

Abjiciunt breves vocales, ut λοῦται pro λούεται, οἶμαι pro οἴομαι.

Dores mutant ζω in σδω, ut βαδίσδω, pro βαδίζω, et mutant σ in fut. in ξ, ut βαδίξω pro βαδίσω.

Formant nova verba à barytonis, ut νομάω à νέμω.

Inserunt υ verbis in εω, ut et Æoles, et αω, ut ζητεύω, pro ζητέω· verbis in ίω, et ύω, inserunt ν, ut θύνω, pro θύω.

Æoles verba in μι formant à circumflexis, ut δάμνημι à δαμάω.

Characteristicam mutant ε in η, ut ἀδικήω, pro ἀδικέω· σσ in ζ, ut ὀρύζω, pro ὀρύσσω (cujus tempora quasi à δω formant.) πτ in σσ, ut ὄσσω pro ὄπτω.

Augent futura in ρῶ et λῶ inserendo σ, et retrahendo accentum, ut σπέρσω, pro σπερῶ· ψάλσω, et ψαλῶ.

Multa sunt verba poëtica in ώω, derivata ab aliis in ω purum desinentibus, ut πλώω à πλέω, ζώω à ζάω, &c. ut et ῥώω pro ῥώννυμι.

Dores circumflectunt fut. 1. ut τυψῶ, pro τύψω, τυψοῦμαι pro τύψομαι et pro hoc τυψεῦμαι· et σ characteristicam futuri mutant in ξ, ut κλείξω, pro κλείσω· aliquando σ omittunt, ut Attici.

Poëtæ sæpè rejiciunt σ in fut. sextæ conjugationis, ut κλείω pro κλείσω, δήω pro δήσω.

Loco irregularis habent futurum regulare, ut δοκήσω, pro δόξω.

Nova formant, ut τροπάω à τρέπω, ἔχημι ab ἔχω.

Æoles addunt θα secundis personis in σ· ut οἶδας, οἶδασθα· hinc οἶσθα per syncopen.

In secundâ et tertiâ personâ in εις, ει, Dores abjiciunt ι, et dicunt ες, ε, pro τύπτεις, Dor. τύπτες, Æol. verò τύπτης, verso ει in η, et sic in tertiâ personâ et in fut.

Dores pro μεν in 1. plur. dicunt μες, ut τύπτομεν, sed Dor. τύπτομες.

Attici addunt ν personis desinentibus in ε vel ι, ut ἔτυπτεν, pro ἔτυπτε· τύπτουσιν pro τύπτουσι, etiam sequente consonâ.

Ubi est σι in tertiâ plurali indicat. et subj. Dores mutant in ντι, pro ασι αντι, pro ουσι οντι, pro ῶσι ῶντι, vel όντι, vel εῦντι, ut pro τύπτουσι, τύπτοντι· pro τυπῶσι, τυπῶντι, vel τυπόντι. Æoles verò omittunt ν ex εῦντι Dorico, ut ποιεῦτι, pro ποιεῦντι, pro ποιοῦσι, ut et in pass. Sed εισι in έντι, ut τιθέντι, pro τιθεῖσι· et ita hæ personæ sunt similes dat. sing. participii, nisi in præterito, ut τετύφαντι.

Dores efferunt augmentum ει pro η, Iones η pro ει efferunt, ut ἐρωτάω, Ion. εἰρώταον, pro ἠρ-. ἔχω, Dor. ἦχον, pro εἶχον.

Attici mutant augmentum ε in η, ut ἤμελλον, pro ἔμελλον· poëtæ producunt geminando consonam, ut ἔλληξα, pro ἔληξα· ἐδδέπησα pro ἐδέπησα· et pro ευ immutabili in augmento, habent ηυ, ut ηὐχόμην· η pro ει, ut ᾔκαζον, pro εἴκαζον· et addunt syllabicum aliquando temporali augmento, ut ἑώρων, pro ὥρων· sic ἑώρακα, et ἑωράκειν.

Attici et Iones pro η in augmento habent εα, et Æoles τῷ ε, υ subjiciunt, ut εὔαδε, pro ἕαδε, et hoc pro ἧδε.

In aor. 1. poëtæ sæpè admittunt σ, ut ἤλευα, pro ἤλευσα, sæpè geminant σ post brevem, ut ἐτέλεσσα, pro ἐτέλεσα, ut et in futuro.

Poëtæ, et Iones, et Æoles, ut quidam volunt, formant imperf. aorist. 1. et 2. ex secundâ personâ communi ejusdem temporis, auferendo augmentum, et addendo κον, κες, κε, et ita formantur in toto singulari, et tertiâ plurali, ut ἔτυπτον τύπτεσκον, ἔτυψα τύψασκον, ἔτυπον τύπεσκον, σκες, σκε· sed si diphthongus præcedit, abjiciunt vocalem subjunctivam, ut φίλεσκον pro φίλεισκον· vel si longa vocalis in verbis in μι, mutant longam illam in suam brevem, ut ab ἐτίθην, τίθεσκον· vel à puris, ut ἐφίλεες, φιλέεσκον· hinc etiam imperf. pass. τυπτεσκόμην, σκεο, σκετο, pro ἐτυπτόμην, &c

Bœoti, ut et Dores, et Attici, ut quidam affirmant, mutant ον tertiæ plur. in οσαν, αν in ασα, ut ἐτύπτοσα pro ἔτυπτον, ἐτύπτασαν pro ἔτυπταν.

Iones et poëtæ sæpè abjiciunt augmentum, ut ἔτυπτε, poët. et Ion. τύπτε, sic in aor. nec poëtæ literam ρ geminant, ut ἔριπτον pro ἔῤῥιπτον· in aliis autem metri causâ syllabicum augmentum positione producunt, geminatâ consonâ sequente, ut ἔδδεισα pro ἔδεισα.

Poëtæ ut et Iones augmento ε addunt et primam literam thematis, non solùm in temporibus, ubi augmentum locum habet, sed in cæteris, ut à χάζω, non tantùm in indef. 2. κέκαδον pro ἔκαδον, sed etiam in fut. 2. pro καδῶ, κεκαδῶ, et κεκαδήσω, et med. κεκαδήσομαι· sic τέτυπον, et τετύποιμι, pro ἔτυπον, τύποιμι, sic pro ἔτυπτον, ἐτέτυπτον.

Attici habent in præt. ει pro λε, et με, augmentis, ut εἴληφα, εἵμαρμαι, pro λέληφα, μέμαρμαι.

In præt. adduntur Atticè duæ primæ literæ thematis verbis incipientibus ab α, ε, ο, præter augmentum commune, ut ἀγείρω, ἤγερκα, Attic. ἀγήγερκα, et corripitur tertia syllaba (si longa sit) cum præteritum tres syllabas excedit, ut ἀλείφω, ἤλειφα, Attic. ἀλήλειφα· sic ἐλήλυθα, pro quo Dor. et poët. εἰλήλουθα· servant enim tertiam longam: ab ἤλυθα inusitat. et hìc sæpè est metathesis, ut ὤλολα, pro ὄλωλα, ab ὄλλυμι.

Attici mutant ε in penultimâ in ο, in præt. verborum dissyl. primæ et secundæ conjugationis, ut ἔστροφα, pro ἔστρεφα.

Ἔοικα, Attic. pro οἶκα, ab εἴκω· ἔολπα pro ἦλπα, ab ἔλπω· ἔοργα et ἔωργα, ab ἔργω· unde et plusquamperf. ἐῴκειν, ἐώλπειν, ἐώργειν, quæ recipiunt augmentum in secundâ syllabâ. Accidit hoc aliquando etiam in aoristis aliorum verborum, ut ἕηκα, pro ἧκα, unde ξυνέηκα.

Κ Ionicè subtrahitur à præteritis verborum in άω vel έω, et penultima corripitur, ut μέμηκα, μέμαα, et aliquando servant longam, ut κεκότηα, à κεκότηκα· et ante κ, Ion. inseritur γ, ut ἔκταγκα, pro ἔκτακα.

Poëtæ in præt. med. transponunt ορ, ut δέδροκα, pro δέδορκα.

Poëtæ habent syncopen in præterito, ut κέκμηκα, pro κεκάμηκα.

Addunt in verbis ἔδω et ἄγω, præter communem Atticam reduplicationem, syllabas δο et γα, ut ἐδήδοκα, pro ἔδηκα, pro ἧκα, ab ἔδω· et ἀγήγοχα, aliquando ἀγήοχα, pro ἄγηκα, pro ἦχα, ab ἄγω· sic ἔνιπε, pro εἶπε.

Communibus augmentis præponunt ε, ut ἕηκα, pro ἧκα.

Transponunt literas in augmento præteritorum et aor. ut ἔμμορα, pro μέμορα.

Bœoti faciunt 3. plur. præt. per αν, ut τέτυφαν, pro τετύφασι.

Attici sing. plusquamperf. formant in η sine ν, ης, η, ut ἐτετύφη. Iones εα, εας, εε, ut ἐτετύφεα· ᾔδειν, Attic. ᾔδη, Ion. ᾔδεα, ab εἴδω, scio. Tertiam pluralem εισαν, Attici et Dores efferunt per εσαν, ut ἐτετύφεσαν· vel sine augmento τετύφεσαν.

Atticum plusquamperf. temporaliter initio aliquando augetur, ut ἠγηγέρκειν, pro ἀγηγέρκειν.

Poëtæ sæpè habent syncopen, correptâ syllabâ præcedente, ut ἐπέπιθμεν· pro ἐπεποίθειμεν.

Ἤμβροτον, poët. pro ἥμαρτον, ab ἁμαρτάνω.

Quando secundus aor. habet αρ in penultimâ, poëtæ transponunt in ρα, ut πέρθω, aor. 2. ἔπραθον, pro ἔπαρθον, sic δέρκω, ἔδρακον, pro ἔδαρκον· in τρέφω verò non invenitur hæc metathesis, nisi in ἐτάρφημεν.

Iones omnia tempora circumflexa act. pass. et med. resolvunt, inserendo ε, et retracto accentu; ut pro ῶ, εῖς, εῖ, dicunt έω, έεις, έει· et aliquando inserunt ε ante longam non circumflexam, ut φαγέοις, pro φάγοις.

Attici mutant tonum in aor. 2. imperat. ut ἰδὲ, pro ἴδε· λαβὲ, pro λάβε.

Attici tertiam pluralem præsentis et aoristi utriusque imperativi, faciunt similem genitivo plurali participiorum, ut τυψάντων, pro τυψάτωσαν· vel tertiæ duali, ut τυπτέτων, pro τυπτέτωσαν.

Apud Syracusanos, ponitur ον in aor. 2. pro ε, ut τύπον, pro τύπε.

Æoles habent peculiarem aorist. 1. opt. modi in εια, ειας, ειε, quo etiam Attici utuntur in secundâ et tertiâ sing. et tertiâ plurali; et imitantur in præsenti, ubi pro οιμι baryt. aliquando dicunt οια, οιας, οιε, &c. ut ἔποια, pro ἐποίμην. Attici imitantur etiam barytona circumflexa in præsenti optat. τρεφοίην, pro τρέφοιμι.

Bœoti vertunt εν in σαν in tertiâ plur. aor. optat. ut τύψαισαν, pro τύψαιεν· ἔλθοισαν pro ἔλθοιεν.

Optativorum pluralis in είημεν, είητε, είησαν, Atticam syncopen patitur in omnibus verbis, ut τυφθείημεν, τυφθείητε, τυφθείησαν, Att. τυφθεῖμεν, τυφθεῖτε, τυφθεῖεν.

Σι vel σιν additur Ionicè tertiis personis singularibus subjunct. in η desinentibus activis et mediis, ut τύπτησι pro τύπτῃ, τετύπησι pro τετύπῃ· et in verbis in μι, etiamsi in aliâ terminatione desinant, ut δῷσι, pro δῷ. aliquando σι additur etiam tertiæ præsentis indicativi, et ει vertitur in η, ut τάττησι pro τάττει.

Poëtæ et Æoles primam personam subjunct. in ωμεν, efferunt in ομεν, per systolen.

Ubicunque in infin. est ν vel ναι, Attici, Iones, et Dores, ante ν vel ναι inserunt με, subtrahendo ι vel υ, ex diphthongo præcedente: Iones verò ex ναι auferunt αι, Attici et Dores αι ad ν adjiciunt, si non adsit. Dores aliquando ex ειν tantùm auferunt ι.

Æoles verò vertunt ειν in ην, ut τύπτην, pro τύπτειν.

Poëtæ in temporibus Atticè formatis geminant μ, ut τυπτέμμεναι, pro τύπτειν.

Τύπτειν, Attic. et Dor. τυπτέμεναι, Dor. τύπτεν, Ion. τυπτέμεν, Æol. τύπτην, poët. τυπτέμμεναι.

Τετυφέναι, Att. et Dor. τετυφέμεναι, Ion. τετυφέμεν.

Τυφθῆναι, Att. et Dor. τυφθήμεναι, Ion. τυφθῆμεν.

Δηλῶν, Att. et Dor. δηλόμεναι, Ion. δήλομεν.

Iones pro τυπεῖν aorist. secundo, et fut. secundo dicunt τυπέειν· hi enim syllabas circumflexas dissolvunt, ut priùs dicitur.

Dores in participiis ουσα fœmin. proparoxytonum efferunt per οισα, ut τύπτοισα, pro τύπτουσα.

Sed Æoles ουσα per ωσα, ut ἰδῶσα, pro ἰδοῦσα.

Attici contrahunt participia derivata ab Ionicis præteritis verborum in άω vel έω, quæ omittunt κ, et corripiunt penultimam, et sic contractis inseritur ε vel α epentheticè; ἑστακὼς, Ion. ἑσταὼς, Attic. ἑστὼς, epenth. ἑστεὼς, ab ἕστακα, et Attic. fœm. per ῶσα flectitur, ut ἑστῶσα.

Τύψαις, Æol. pro τύψας· quidam Doribus hoc tribuunt.

Pro τετυφὼς, dicitur Æol. τετύφων, accentu retracto.

Participia cujuscunque declinationis suscipiunt easdem dialectos, quas eæ declinationes, per quas declinantur, suscipiunt.

De Passivis et Mediis.

Tempora in passivâ et mediâ voce, quæ flectuntur activâ terminatione, habent easdem dialectos quas activa habuit.

Secunda persona passivæ et mediæ vocis inusitata fit à primâ, mutando μαι in σαι, μην in σο, et vocales præcedentes μαι vel μην, nempe ο in ε, ω in η, et ου in ει· sed hæc non usitata sunt, ex illis tamen Iones formant suas, rejecto σ, dicentes εαι, ηαι, εῖαι, εο, αο.

Attici sæpè contrahunt εαι, et ειαι, in ει, ut τύπτει, pro τύπτῃ, ex τύπτεαι, à τύπτομαι· τυπεῖ, pro τυπεῖαι, ex τυπῇ, à τυποῦμαι.

Tria autem semper faciunt ει in secundâ personâ med. ut { βούλει, non βούλῃ. οἴει. ὄψει, quibus additur ἔδει, ab ἔδομαι.

Ἄσῃ, in fut. 1. med. mutatur Bœot. in ᾷ, ut σκεδᾷ, pro σκεδάσῃ, à σκεδάζομαι.

Pro τυπτόμεθα, Ion. et Dor. fit τυπτόμεσθα, quod fit semper, cùm prima pluralis desinit in μεθα.

Pro μεθα, Æolicè dicunt μεθε, et μεθεν, ut λεγόμεθεν, pro λεγόμεθα, ut contra, pro ὄπισθεν dicunt ὄπισθα, retro, pone.

Pro ου dicunt Iones εο, Dores ευ, ut τύπτου, Ion. τύπτεο, Dor. τύπτευ.

Pro ω in aor. 1. med. 2. pers. Iones dicunt αο, ut ἐτύψαο, pro ἐτύψω. Dores verò in α, ut ἐτάξα, pro ἐτάξω.

Attici et Dores mutant σ in δ, in præt. quartæ conjug. ut πέφραδμαι, pro πέφρασμαι, Attic. aliquando extrudunt σ, ut κέκονιμαι, à κονίζω· sic κέκορυθμένος, pro κεκορυσμένος· aliquando Attici mutant μμαι à verbis in νω in σμαι, ut πέφασμαι, pro πέφαμμαι, à φαίνω· sed hoc est tantùm in primâ personâ.

In præt. pass. Æoles aliquando in quintâ conjug. mutant α in ο, ut ἔφθορται, pro ἔφθαρται, et hæc in infinitivo retrahunt tonum, ut τέτορθαι, pro τετάρθαι.

Poëtæ sæpè hic habent metathesin, ut ἔσσυμαι, pro σέσυμαι.

Pro τετυμμένοι εἰσὶ, et ἦσαν, Iones (quod quidam Atticis tribuunt dicunt τετύφαται, et ἐτετύφατο formant à tertiâ singulari, ponendo α breve ante ται et το, et mutando tenues π vel κ, præcedentes α, in aspiratas, et σ in characteristicam aoristi secundi, videlicet, in δ, τ, aut θ· et vocalem longam aut diphthongum præcedentem α corripiendo, vocalem longam in propriam brevem vertendo, ex diphthongo verò alteram vocalem subtrahendo: aliquando autem longa vocalis servatur, cùm metrum postulat. Sed poëtæ cætera tempora indicat. sic formant, ubi tertia plur. desinit in νται et ντο, ut à τύπτεται, τυπτέαται, pro τύπτονται· sed in optativo antepenultimam, ut hîc, non corripiunt, nam ex τύπτοιντο faciunt τυπτοίατο.

Μαι purum in perf. pass. facit tertiam plur. νται et ντο, ubi ν tantùm mutatur Ion. in α, ut πεποίηνται, et ἐπεποίηντο, Ion. πεποιήαται, et ἐπεποιήατο· et in optat. πεποιῇντο, Ion. πεποιήατο.

Iones et poëtæ aliquando plusquamperf. addunt tantùm augmentum præt. ut δέδεκτο, pro ἐδέδεκτο, pro quo δείδεκτο poët. Aliquando autem augmentum præt. in plusquamperf. omittunt, ut ἔχυτο, pro ἐκέχυτο. Aliquando plusquamperf. prorsus caret augmento, ut δέκτο, χύτο.

Attici amant aor. 1. pass. magìs quàm posteriorem.

Dores corripiunt penultimam aor. 1. ut ἐποιέθεν, pro ἐποιήθην.

Poëtæ recipiunt ν in indefinit. primo verborum in νω, quod præteritum abjecerat, ut ἐκλίνθην, pro ἐκλίθην, à κέκλιμαι.

In tertiâ plur. indefinitorum, Bœoti, ut et Dores, et Iones, dicunt εν pro ησαν, retracto accentu, ut ἔτυφθεν, pro ἐτύφθησαν. Aliquando σα tantùm syncopen patitur, ut μιάνθην, Iliad. δ. pro μιάνθησαν, nisi malis pro μιανθήτην.

Pro σθωσαν in tertiâ plur. imperat. præs. pass. et med. et utriusque aor. med. Attici dicunt σθων, ut in tertiâ duali, ut pro τυπτέσθωσαν, Att. τυπτέσθων, ut et in præt. ut πεποιήσθων, pro πεποιήσθωσαν.

Participia præteriti passivi propriè sunt paroxytona; sed si carent augmento, Ionicè et poëticè fiunt proparoxytona, ut ποτιδεγμένος, pro ποτιδεδεγμένος.

De Circumflexis.

Dores mutant contractionem ου in ευ, ut pro οῦμεν, primæ plur. dicunt εῦμεν, ποιεῦμεν, pro ποιοῦμεν, in imperf. ἐποίευν, pro ἐποίουν, et in passivo.

Iones, Æoles, et Dores, pro contractione ει dicunt η, ut φιλέειν, φιλεῖν, φιλῆν.

Dores pro contractione α dicunt η, ut pro βοᾷς, dicunt βοῇς, absque ι subscripto, abjiciendo ι ex ει, et mutando αι in η, quod etiam faciunt Attici in quibusdam.

Æoles ad latus ι adscribunt, ut γελᾶϊς, vel γελαῖς, pro γελᾷς, ex γελάεις.

In mediâ et passivâ voce in secundâ personâ, pro ᾳ ex άῃ, Attici et Dores dicunt ᾶσαι, ut βοᾶσαι, pro βοᾷ, ex βοάῃ. Iones verò sine σ in ῆαι, ut βοῆαι.

Contractionem ȣ ex εο, Dores et Æoles mutant in εῦ, ut ποιέομεν, ποιȣ̃μεν, Dor. et Æol. ποιεῦμεν.

Θι additur imperativo monosyll. contract. ut ζῆθι, ex ζάε, ζῆ.

Ποιοῖμι, βοῷμι, χρυσοῖμι, dicitur Attic. ποιοίην, βοῴην, χρυσοίην· in hoc optativo Dores et Æoles mutant οι in ω, in primâ et tertiâ conjugatione, ut terminatione à secundâ non differant, ut ποιῴην, χρυσῴην. Poëtæ verò in secundâ contractorum efferunt per ώοιμι, ut βοώοιμι, &c.

Ποιέειν, ποίειν, Dor. ποίεν, Æol. ποίεις, et ποίην, vel ποιῆν.

Iones sæpè ει contractum in εα resolvunt: hinc dicunt ποιέασθαι, pro ποιεῖσθαι.

Æoles pro γελᾷν, dicunt γελαῖν, vel γελάϊν, vel γέλαιν, vel γέλαις. Dores verò γελῆν, sine ι subscripto.

Λᾷν fit Atticè et Doricè άμεναι, Ion. άμεν, ut γελᾷν, γελάμεναι, γελάμεν.

Ὀρθόειν, ὀρθοῦν, Dor. ὀρθὸν, et ὀρθεῦν, Æol. ὀρθοῖς, vel ὄρθοις.

Poëtæ in secundâ contractorum præponunt aliud α, ubicunque contractio est in α, et retrahunt accentum, et omittunt ι subscriptum, si adsit, ut pro βοᾶσθαι, dicitur poët. βοάασθαι, et in tertiâ singulari vocis activæ, pro ἐᾷ, ἐάα, ex ἐάει, ab ἐάω.

Pro ὁρῶ, dicunt ὁρόω· cùm enim contractio fit in ω, tum aliud ω inseritur, ut πηδώω, pro πηδῶ, ex πήδαω. (sic in tertiâ, ὑπνώω pro ὑπνόω) sed, si vocalis præcedens sit brevis, pro ω inserunt ο, ut ἐστιχόωντο, pro ἐστιχῶντο, ex ἐστιχάωντο· à στιχάομαι.

Iones autem præponunt ε, ut μνεώμενος, pro μνώμενος, ex μναόμενος.

Poëtæ aliquando huic ω postponunt ο, ut μνώομαι, pro μνῶμαι, ex μνάομαι.

In participio ῶν, ex άων, effertur Dor. per ᾶν, ut γελᾶν, pro γελάων.

De Verbis in μι.

Poëtæ sæpè omittunt reduplicationem, ut φίλημι, pro πεφίλημι.

Poëtæ formant verba in μι à barytonis, omissâ reduplicatione, ut ἔχημι ab ἔχω, φέρημι à φέρω, βρίθημι à βρίθω, derivantur, quasi à verbis in έω.

Iones reduplicant per ε, ut τέθνημι, à θνάω, vel θνέω· sic ἕστημι pro ἵστημι, unde ἱστάναι· sic κέκλυθι, pro κλῦθι, à κλύω· quarta enim conjugatio esset reduplicationis expers.

Aliquando per duas initiales literas, ut ἀκάχημι, ab ἀχέω.

Aliquando additur μ post reduplicationem, ut πίμπλημι, à πλέω.

Poëtæ interdum ex vocali inceptis reduplicationem habent in secundâ syllabâ, ut ὀνίνημι, ab ὄνημι.

Æoles dicunt τίθεμμι, pro τίθημι, Bœoti πεφίλειμι, pro πεφίλημι.

Dores mutant η in α, ut φαμὶ, pro φημὶ, ἵσαμι pro ἵσημι.

In mediorum et passivorum secundis personis trium priorum conjugationum σ Ion. omittitur, et tum fit Atticè contractio τίθεσαι, Ion. τίθεαι, Attic. τίθῃ, sic θέσο, Ion. θέο, Att. θοῦ, &c. Attici, Iones et Æoles retinent longam vocalem in mediis et passivis, ut δίζημαι pro δίζεμαι.

Pro τίθησι, ἵστησι, fit Doricè τίθητι, ἵστητι· sic δίδωτι, ζεύγνυτι.

Pro φίλετον, φίλεμεν, &c. Æoles dicunt φίλητον, et sic in imperat. poët. τίθητι pro τίθετι· sic ἵληθι pro ἵλαθι, δίδωθι pro δίδοθι.

Pro τιθεῖσι dicitur Att. et Ion. τιθέασι, tollendo ι, et inserendo α, Dor. τιθέντι, Æol. τίθεντι, retracto accentu; sic pro διδοῦσι, Ionicè διδόασι, Dor. διδόντι, Æol. δίδοντι· et sic in cæteris conjugationibus; sed pro ἄεισι et ἵσασι, Dor. et Æol. ἄεντι, et ἵσαντι· pro φασὶ, Dor. φαντὶ, Æol. φάντι· pro εἰσὶ, Ion. ἔασι, vel ἔασσι, Dor. ἐντὶ, Æol. ἔντι· εἶσι, eunt, Ion. ἴσι, pro ἰεῖσι, Ion. ἰέασι, Att. ἰᾶσι, Dor. ἵεντι, Æol. ἴεντι.

Ζευγνύουσι saepè usurpatur pro ζευγνῦσι.

Iones, Æoles, et poëtæ in imperfecto mutant ν in σκον, et abbreviant præcedentem vocalem, et abjiciunt augmentum, ut τίθεσκον, σκες, σκε, pro ἐτίθην, δίδοσκον pro ἐδίδων.

Iones verò aliquando dicunt pro ἐτίθην, ἐτίθεα, et pro ἐτίθη, ἐτίθεε.

Pro τίθενται, fit Ion. et poët. τιθέαται.

Poëtæ servant reduplicationem in futuro, ut διδώσω, pro δώσω.

Bœot. τέθεικα in præt. pro τέθηκα.

Pro ἐτίθησαν, Dores et Bœoti dicunt ἔτιθεν· sic pro ἔθεσαν, ἔστησαν, ἔδησαν, in aorist. 2. ἔθεν, ἔσταν, et ἔδον, formando à primâ singulari, longâ in suam brevem versâ.

Secunda singularis imperat. Atticè contrahitur, ut τίθη, pro τίθετι, &c. Dores verò habent hic circumflexorum terminationem, ut τίθει, pro τίθετι. Æoles retinent penultimam longam, ut τίθητι pro τίθετι.

Pro στῆθι, Dor. στᾶθι· sic στᾶναι pro στῆναι.

Attici dicunt δῴην pro δοίην in optat. ut et poëtæ qui etiam dicunt στήην, pro σταίην.

Æoles pro θείμην, θεῖο, dicunt θοίμην, θοῖο, &c.

Iones in sub. pro τιθῶ, dicunt τιθέω· pro ἵστω, ἱστέω· pro θῶ, θέω, pro στῶ, στέω, poët. θείω, στείω, Att. στήω.

Pro δῷ, tertiâ pers. aor. 2. subjunctivi, fit Ion. δῷσι, quod fit in aliis temporibus subjunct.

Pro δῶσι, tertiâ plural. poët. δώωσι· illi enim pro δῶ, dicunt δώω, hinc tertiâ sing. δώῃ, et Ion. δώῃσι.

Τιθῆναι, pro τιθέναι, poëticâ ectasi, Dor. τιθήμεναι.

ὰς, ᾶσα, ὰν, secundæ conjug. Att. efferunt in ὰς, ῶσα, ut καθιστὰς, καθιστῶσα.

Vide anomala in μι in Grammaticâ.

Τιθήμενος, pro τιθέμενος· poëtæ enim in participiis verborum in μι, sæpè habent ectasin.

De Adverbiis.

Attici, 1. Dativum pluralem secundæ simplicium ponunt adverbialiter pro in loco, ut Ἀθήνησι, pro ἐν Ἀθήναις.

2. Addunt initio adverbiorum, ut ἐχθὲς, pro χθὲς· et fine ι, ut νυνὶ, pro νῦν, quod et in aliis adverbiis temporis.

3. Minuunt in initio, ut ἅπερ, pro καθάπερ· et fine, ut δέον, pro δεόντως, quod et in aliis adverb. qualitatis in όντως.

Adverbia à neutris descendentia, Attici efferunt in α terminatione plurali, ut φίλα, pro φίλον, πολλὰ, pro πολὺ. Praeterea ἐνταῦθοι, pro θα, ἐνθάδι pro δε, δευρὶ pro δεῦρο, ἄλλη pro ἄλλως, &c.

Iones, 1. resolvunt ῶς, ab adjectivis in ής, et ὲς, primæ contract. in έως, ut ἀτρεκέως pro ἀτρεκῶς.

2. Aliquando minuunt, ut οὕτω, pro οὕτως.

3. Ponunt π pro κ in adverb. interrog. indef. et relat. ut κῶς, pro πῶς, et dicunt δεύρο pro δεῦρο.

Dores, 1. augent initio et fine, ut τὼς, pro ὡς, οἴκαδες, οἴκαδε.

2. Ex adverbiis in σθεν tollunt σ, ut ἔμπροθεν, pro ἔμπροσθεν, et dicunt πῶ pro πόθεν, αψ pro ὀπίσω.

3. Et mutant literas in adverbiis, ut πλατίον, pro πλησίον, ἁμὰ pro ὁμοῦ, ὅκα pro ὅτε, &c.

Æoles adverbia in θε et θεν efferunt per θω, ut ἔνθα, pro ἔνθεν, et abjiciunt σ finale in desinentibus in ακις, ut πολλάκι, pro πολλάκις.

Poëtæ, 1. faciunt adverbia à nominibus, syllabâ δε adjectâ, ut ἅλαδε, ad mare.

2. Augent, ut τίη, pro τί.

3. Et minuunt, ut τάχα, pro τάχιστα, τίπτε pro τίποτε, &c.

De Præpositione.

Ξὺν, Attici utuntur pro σὺν, et ἐνὶ pro ἐν, et ὡς pro πρὸς.

Iones et Poëtæ dicunt ἐς pro εἰς.

Dor. πὰρ pro παρὰ, ἂν pro ἀνὰ, ἐν pro εἰς, ποτὶ pro πρὸς, et in appositione et compositione: ὀμπὶ, Æol. pro ἀμφὶ in compositione, ζιὰ pro διὰ, pro μετὰ, πετὰ.

Æoles et Poëtæ habent καταὶ, παραὶ, ἀπαὶ, ὑπαὶ, pro κατὰ, παρὰ, ἀπὸ, ὑπὸ, et ἐνὶ, εἰνὶ, et εἰν pro ἐν.

Poëtæ dicunt ὑπεὶρ pro ὑπὲρ, et in compositione, ut ὑπείροχος· Poët. denique præpositiones dissyllabæ ponuntur pro verbis, et habent accentum in penultimâ, ut πάρα pro πάρεστι.

De Conjunctione.

Iones dicunt ὦν pro οὖν, γῶν pro γοῦν, ἔμπης pro ἔμπας.

Dores habent αἰ pro εἰ, sic αἴκε, et αἴκεν, et αἴκα, pro εἴκε, et εἴκεν· μὲς pro μὲν, τὼς pro ὡς, sic ὃ pro ὅτι, γὰ pro γὲ.

Poëtæ pro ὅτι, ὅττι, pro ἤ, ἠὲ, autem πάρος pro πρὸ, unde πάροιθεν· περ pro καίπερ, ἄρ pro ἄρα.

De Compositione.

Composita ab ἐςὶ per Apoc. poët. amittunt verbum, retentâ solâ præpositione, ut ἔνι et μετὰ pro ἔνεςι et μέτεςι.

Præpositiones dissyllabæ in compositis, præfixæ vocalibus vocalem ultimam abjiciunt, ut παρακέω, nisi περὶ et πρὸ, quæ nec amittunt vocalem in compositione, nec apostrophantur in appositione.

Poëtæ autem in κατὰ, ἀνὰ, et παρὰ, rejiciunt ultimam vocalem α in compositis, etiam sequente consonâ: ut κάτθεο, ἀντείνω, παρκύπτω, pro κατάθεο, ἀνατείνω, παρακύπτω, et sæpè τ et ν deperduntur cum vocali α, ut καςχέθω, et καταςχέθω, vel mutantur in alias consonas, quod cum sequenti non cohæreant.

N mutatur in μ ante β, μ, π, φ, ψ· in γ autem ante γ, κ, χ. in λ vel ρ, ante λ vel ρ. quod etiam de σὺν dici potest, sed σὺν ante σ, mutat ν in σ. ante ζ, σκ, ς, σχ, abjicit ν· τ, in κατὰ mutatur in consonam sequenti similem, ut κάππεσεν, pro κατέπεσεν, sed ante asperam mutatur in ejus tenuem, ut κάτθανε, κάπφαγε· ante σχ abjicitur, ut κάσχεθε· et similis mutatio accidit compositis ab ὑπὸ, ut ὑβάλλειν· πρὸ aliquando patitur crasin: coalescit enim ο ejus vocalis ante ε et ο in ȣ, ut πρȣ̈́βαλλον.

Poëticè augetur verbi principium, tametsi à præpositione componitur, ut ἠμφίβαλλον, ab ἀμφιβάλλω.

De Figuris quibusdam, quæ in legendo Homero, cæterisque Poëtis sæpè occurrunt.

NONNULLÆ Figuræ continentur sub nomine *Pleonasmi*, eo quòd semper abundantiam quandam significant, cujus generis prima dicitur Πρόσθεσις.

Πρόσθεσις,

Additio, est adjunctio elementi ad principium syllabæ,

ut	ἀσταφὶς θαμα	pro	σταφὶς. ἅμα.
Cujus contrarium ἔνδεια,	αἷα κεῖνος	pro	γαῖα. ἐκεῖνος.

Ἀναδίπλωσις,

Geminatio, est primarum vel secundarum syllabarum per easdem consonas, aut similes repetitio.

ut	ἐτήτυμος λελάχωσι	pro	ἔτυμος. λάχωσι.
ἄρσις	δέχθαι βλήμενος	pro	δεδέχθαι. βεβλημένος.

Ἔκτασις,

Extensio, est, quando breves in longas earum cognatas mutantur, aut correptæ producuntur.

ut	κάλλος κώρη	pro	καλὸς. κόρη.
Συστολὴ	ξερὸν φυσίζοος	pro	ξηρὸν. φυσίζωος.

Ἐπέκτασις,

Exporrectio, est superabundantia syllabæ in medio ejusdem accentus,

ut	ἀδελφειὸς πολεμήϊα	pro	ἀδελφὸς. πολέμια.
Συγκοπὴ	κάμμορος δάσκιον	pro	κακόμορος. δασύσκιον.

Διαίρεσις,

Divisio, est syllabæ et diphthongi resolutio, vel in duas diductio.

ut	κόϊλον βέλεος	pro	κοῖλον βέλους	Synalœpha, de quâ infrà.

Παρένθεσις,

Interpositio, est additio vocalis in medio, non facientis syllabam,

ut	ξεῖνος νοῦσος	pro	ξένος. νόσος.
ἔλλειψις	ἀμύξαι γεραὸν	pro	αἰμύξαι. γεραιὸν.

Διπλασιασμος,

Duplicatio, est additio ejusdem consonantis in medio, non facientis syllabam,

ut	μέσσον ἔννεπε	pro	μέσον. ἔνεπε.
παράλειψις	κάλιον θᾶτον	pro	κάλλιον. θᾶττον.

Παρέμπτωσις,

Intercidentia, est additio consonantium in medio non facientium syllabam,

ut	πτόλεμος πτόλις	pro	πόλεμος. πόλις.

ἔκθλιψις, σκῆπτον pro σκῆπτρον.

Προσχηματισμὸς,

Est additio literæ vel syllabæ in fine,

ut	λόγοισιν προσώπατα	pro	λόγοις. πρόσωπα.
Apocope	Ἀπόλλω ὄσσε	pro	Ἀπόλλωνα. ὄσσεε.

Μετάθεσις,

Transpositio, est translatio literarum,

ut { κϱαδία, ἀπεϱείσιος } pro { καϱδία. ἀπειϱέσιος.

Μετάληψις,

Transumptio, est literæ mutatio,

ut { ἠπεδανὸς, αἱμηπότης } pro { ἀπεδανὸς. αἱμοπότης.

Τμῆσις,

Sectio, est dictionis compositæ resolutio in duas: ut ἄκϱα πόλις, pro ἀκϱόπολις.

Συναλοιφὴ,

Commixtio, est duarum syllabarum in unam coalescentia,

fit per	elisionem,	ἐπ᾽ ἐμὲ, pro ἐπὶ ἐμὲ.
	crasin,	τὰ μὰ, pro τὰ ἐμὰ.
	synæresin,	νηϱῆδες, pro νηϱηΐδες.
	elis. et crasin,	κἀγὼ, pro ϗ ἐγὼ.
	elis. et synær.	ἐμοὐποδύνει, pro ἐμοὶ ὑποδύνει.
	crasin et synær.	ᾡπόλος, pro ὁ αἰπόλος.
	elis. crasin, et synæresin.	ἐν τᾀθιοπίᾳ, pro ἐν τῇ αἰθιοπίᾳ.

ΜΙΧΑΗΛΟΣ ΑΠΟΣΤΟΛΙΟΥ Παροιμιῶν

ἙΚΑΤΟΝΤΑΣ Α΄.

MICHAELIS APOSTOLII Proverbiorum

CENTURIA I.

ἈΒΥΔΗΝΩ͂Ν ἐπιφόρημα.	ABYDENA bellaria.
Ἄβυδός ἐστιν.	Abydus est.
Ἀβασάνιστος ἄνθρωπος εἶ.	Inexploratus homo es.
Ἅβρωνος βίος.	Habronis vita.
Ἀγαθῶν θάλασσα.	Bonorum mare.
Ἀγαθῶν πόντος.	Bonorum pontus.
Ἀγαθῶν σωρός.	Bonorum acervus.
Ἀγαθῶν μυρμηκιά.	Bonorum myrmecia.
Ἀγαθώνειος αὔλησις.	Agathonia ad tibiam modulatio.
Ἀγαθὴ καὶ μάζα μετ᾽ ἄρτον.	Post panem est et bona maza.
Ἀγαθὸς ψάλτης, ἀγαθὸς ζωμοποιός.	Bonus cantor, bonus cupedinarius.
Ἀγαθοῦ δαίμονος.	Boni genii haustus.
Ἀγαθὰ Κιλίκων.	Cilicum bona.
Ἀγέλαστος πέτρα.	Risûs expers petra.
Ἀγναπτότατος βάτος αὖος.	Rigidissimus rubus aridus.
Ἁγνότερος πηδαλίου.	Purior clavo nautico.
Ἀγαθῶν ἀγαθίδες.	Bonorum glomi.
Ἁγνὴ γάμων.	Pura à nuptiis.
Ἀγρὸς ἡ πόλις.	Ager urbs.
Ἀγορὰ λύκιος.	Forum lupinum.
Ἀγορὰ Κερκώπων.	Forum Cercopum.
Ἀγύρριός ἐστι, Παντρονόμου πώγων᾽ ἔχων.	Agyrrhius est, Patronomi barbam habens.
Ἄγουσιν ἑορτὴν οἱ κλέπται.	Fures festum agunt.

Ἀγόμενος διὰ φρατόρων κύων.	Canis per curiales ductus.
Ἀγεωμέτρητος μηδεὶς εἰσίτω.	Geometriæ ignarus nullus ingre-
Ἀγρȣ̃ πυγή.	Agri podex. [diatur.
Ἀγρίππȣ ἀκαρπότερος.	Agresti oleâ infructuosior.
Ἀγροίκȣ μὴ καταφρόνει ῥήτορος.	Agrestem nè contemnas oratorem.
Ἀγὼν ȣ̓ δέχεται σκήψεις.	Certamen non admittit causatio-
Ἀγναμπτότερος βάτȣ αὔȣ.	Inflexibilior rubo arido. [nes.
Ἀγαθοὶ δ᾽ ἀριδάκρυες ἄνδρες.	Vir bonus in lacrymas facilis.
Ἀγαμέμνονος θυσία.	Agamemnonis hostia.
Ἀγαμεμνονεῖα φρέατα.	Agamemnonii putei.
Αἴδε τὰ Τέλληνος.	Cane Tellenis cantiones.
Ἅδȣ πρωκτῷ περιπέσῃς. [σος.	In Orci podicem incidas. [tia.
Ἄδικος δικαστὴς, μεμολυσμένη συνείδη-	Injustus Judex, polluta conscien-
Ἀδικείτω μοι πλȣ́σιος, καὶ μὴ πένης.	Iniquus in me dives esto, non inops.
Ἄδακρυς πόλεμος.	Sine lacrymis bellum. [isti.
Ἀδεὲς δέος δέδοικας.	Timorem timoris expertem timu-
Ἀδράστεια Νέμεσις.	Adrastea Nemesis.
Αἴδεις ἔχων.	Cantas habens.
Αἴδεις πρὸς μυῤῥίνην.	Cantas ad myrtum.
Ἀδώνιδος κῆποι.	Adonidis horti.
Ἁ δὲ χεὶρ τὴν χεῖρα νίζει.	Manus manum lavat.
Αἴδεις ὥσπερ εἰς Δῆλον πλέων.	Canus tanquam Delum navigans.
Ἀδελφὸς ἀνδρὶ παρείη. [κακῶν.	Frater viro adsit. [parcit.
Ἀδικεῖ τȣ̀ς ἀγαθȣ̀ς ὁ φειδόμενος τῶν	Injuria probos afficit, qui malis
Ἀδδηφάγον ἅρμα.	Currus edax.
Ἀδδηφάγος τριήρης.	Edax triremis.
Ἀδδηφάγος λύχνος.	Edax lucerna. [morum.
Ἀδδηφάγον πεντηκόντερον.	Edax navigium quinquaginta re-
Ἁ δὲ μελέτα φύσιος ἀγαθῆς πλεῦρα δωρεῖται φίλοις.	Exercitatio probæ naturæ latera præbet amicis.
Ἀδαπάνητός ἐστι τῆς εὐποιΐας ὁ πλȣ̃τος.	Benignitatis nunquam opes absumpseris. [sidet.
Ἀεὶ κολοιὸς παρὰ κολοιὸν ἵζάνει.	Monedulæ semper monedula as-
Ἀεὶ τοῖς μικροῖς μικρὰ διδȣ̃σι θεοί.	Semper pusilla Dii pusillis conferunt.
Ἀεὶ γεωργὸς εἰς νέωτα πλȣ́σιος.	Agricola semper in futurum dives est.
Ἀεὶ γὰρ εὖ πίπτȣσιν οἱ Διὸς κύβοι.	Semper Jovis feliciter tali cadunt.
Ἀετὸν ἵπτασθαι διδάσκεις.	Aquilam volare doces.
Ἀετὸν κορώνη ἐρεσχελεῖ.	Aquilam cornix lacessit.
Ἀεὶ Λεοντῖνοι περὶ τȣ̀ς κρατῆρας.	Semper Leontini apud crateras.
Ἀετὸς μυίας ȣ̓ θηρεύει.	Aquila non venatur muscas.
Ἀετὸς ἐν νεφέλαις.	Aquila in nubibus.
Ἀετȣ̃ γῆρας, κορύδȣ νεότης.	Aquilæ senectus, Coridi juventus.
Ἀετὸς θρίπας ὁρᾷ.	Aquila thripas videt.
Ἀετὸς εἰς θήραν.	Aquila in venationem. [hostes.
Ἀεί με τοιȣ̃τοι πόλεμοι διώκοιεν.	Tales me semper persequantur

Ἀεὶ φέρει τί Λιβύη κακόν.	Semper Africa aliquid fert mali.
Ἀετὸν κάνθαρος μαιεύεται.	Aquilæ scarabæus obstetricatur.
Ἄζηλος πλοῦτος, ὅτι τυφλός.	Divitiæ cœcæ non expetendæ.
Ἀζαναῖα κακά.	Azanæa mala.
Ἀκκίζεσθαί μοι δοκεῖς.	Accizare mihi videris.
Ἀηδόνες λέσχαις ἐγκαθήμεναι.	Lusciniæ confabulationibus insidentes.
Ἀθηνᾷ τὸν αἴλουρον.	Minervæ felem.
Ἀθύρωτον στόμα.	Os ostio carens.
Ἀθάνατόν ἐστι κακὸν καὶ ἀναγκαῖον γυνή.	Immortale malum est fœmina et necessarium.
Ἄθως καλύπτει πλευρὰ Λημνίας βοός.	Athos obumbrat Lemniæ latus bovis.
Αἰθέρα νήνεμον αἱρήσεις.	Tranquillum aërem remigio pulsas.
Αἱ Χάρητος ὑποσχέσεις.	Charetis promissa.
Αἰγίστου πήδημα.	Ægistei saltus.
Αἰγιεῖς οὔτε τρίτοι, οὔτε τέταρτοι.	Ægienses neque tertii, neque quarti.
Αἰγὸς τρόπος.	Capræ mos.
Ἡ Αἲξ δοῦσα τὴν μάχαιραν.	Capra gladium præbens.
Αἲξ Σκυρία.	Capra Scyria.
Αἱ Οἰδίποδος ἀραί.	Œdipi imprecationes.
Αἵματι κλαίειν.	Sanguine flere.
Αἶρε πλῆκτρον.	Tolle calcar.
Αἴρειν ἔξω πόδα πηλοῦ.	Pedem luto extrahere.
Αἴρειν ἔξω πόδα αἰτίας.	Pedem extra culpam sive crimen aut accusationem extrahere.
Αἰδὼς γὰρ ἐν κακοῖσιν οὐδὲν ὠφελεῖ.	Inutilis rebus pudor nempe in malis.
Αἰεὶ τὰ πέρυσι βελτίω.	Semper anteriora meliora.
Αἴτει καὶ τοὺς ἀνδριάντας ἄλφιτα.	Statuis ab ipsis hic farinas exigit.
Αἰζωνιεὺς ἄλλος.	Æzonieus alius.
Αἱρήσω τάχα.	Tollam citò.
Αἰσχύνομαι τὴν φιλότητα γηράσκων.	Revereor amicitiam senescens.
Αἰθίοψ οὐ λευκαίνεται.	Æthiops non albescit.
Αἱροῦντες ᾑρήμεθα.	Captantes capti sumus.
Αἰσχρόν τοι δηρόν τε μένειν κενεόν τε νέεσθαι.	Turpe est et mansisse diu vacuumque redire.
Αἰθίοπα σμήχεις.	Æthiopem lavas.
Χύτρας ποικίλλεις, ᾠὸν τίλλεις.	Ollas exornas, ovum vellis.
Αἰσχύνη πόλεως, πολίτου ἁμαρτία.	Dedecus urbis, civis delictum.

ΕΚΑΤΟΝΤΑΣ β'. — CENTURIA II.

ΑἸΣΩ΄ΠΕΙΟΝ αἷμα.	ÆSOPICUS sanguis.
Αἴρειν μασχάλην.	Tollere axillam.
Αἶρε δάκτυλον.	Tolle digitum.
Αἰγιθάλου τολμηρότερος.	Paro audacior.

Ἀετοῦ χάριν ἐκτίσω.	Aquilæ gratiam referam.
Αἰτναῖος κάνθαρος.	Ætnæus scarabæus.
Ἄϊδος κυνῆ.	Orci galea.
Αἴθεις ἐν πέπλῳ, καὶ αἴθων πέπλος.	Ardens in peplo, *sive* ardens peplus.
Αἱ χάριτες οὐκ ἐν οὐρανῷ.	Gratiæ non in cœlo.
Αἱ χάριτες γυμναί.	Nudæ Gratiæ.
Αἰόλος ἀνὴρ εἰς βόθρον ἐμπεσεῖται.	Vir subdolus in foveam incidet.
Αἰγιαλῷ λαλεῖς.	Littori loqueris.
Αἱ Ἰβύκου γέρανοι.	Ibyci grues.
Αἱ λαχάνων προσθῆκαι.	Olerum additamenta.
Αἰάντειος γέλως.	Ajacis risus.
Αἲξ οὔπω τέτοκεν, ἔριφος δ' ἐπὶ δώματα παίζει.	Nondum enixa capra est: jam ludit in ædibus hœdus.
Ἀεὶ γέροντι νέαν προσβάλλει κόρην.	Semper seni da virginem juvenculam.
Ἀκεσσαίου σελήνη.	Acessæi luna.
Ἄκαιρος εὔνοια οὐδὲν ἔχθρας διαφέρει.	Importuna benevolentia nihil ab odio differt.
Ἀκλητοὶ κωμάζουσιν εἰς φίλους φίλοι.	Convivæ non vocati ad amicos eunt.
Ἄκουε τοῦ τέταρα ὦτα ἔχοντος.	Audi quatuor habentem aures.
Ἀκεσίας ἰάσαιτο.	Acesias medeatur.
Ἀκρὶς δυσκίνητος χλωρά.	Viridis locusta non facilè movetur.
Ἄκις πόταμος.	Acis fluvius.
Ἄκρον λάβε, καὶ μέσον ἕξεις.	Ut obtineas medium, summum cape.
Ἀκεσαίου καὶ Ἑλικῶνος ἔργα.	Acesæi et Heliconis opera.
Leo Allat. *Ep. Ded. præfixa libello de patriâ Homeri.*

In earum (literarum) splendore velut primas ante alios tenens, caput non sine omnium admiratione extollit Homerus.

Id. *Ejusdem libri cap.* iv.

Nemo ante Homerum *poëta, nemo postea ad eum.* Nec omittendum elegans illud de *Homeri* patriâ anagramma, quod ex *Hieron.* Genuino ibidem c. 14. affert idem vir doctissimus.

Homerus poëta; Iliados et Odysseæ auctor.
Mire vates, ô decus, ô sola Chii patriæ laus.

Leopardus *Emendat. l.* xix. *c.* 14.

Homeri *versus olim adeò erant noti, ut ex hemistichio facilè totus locus intelligeretur, erantque plerique proverbiales.*

Libanius *Exempl. Progymnasm.*

Πᾶσιν οὖν οἶμαι δεῖν βοηθεῖν τοῖς ποιηταῖς, Ὁμήρῳ δὲ καὶ πρὸ τῶν ἄλλων δίκαιον, κοινῷ προγόνῳ τῆς Ἑλληνικῆς σοφίας γεγενημένῳ.

Id. *In Parasito* ἀδείπνῳ.

Ὦ θειότατε ποιητῶν Ὅμηρε, πάντα μὲν σοι σὺν ἀληθείᾳ πεποίησαι, &c.

Lilius Gyrald. *De Poët. Hist. Dial.* 2. *ubi de Homero.*

Aliquos et hodie esse videmus, qui audent (quod dicitur) os in cœlum ponere, ipsumque poëtarum deum in ordinem nunc demum redigere.— Et aliquantò pòst: *Cætera* Homeri *carmina collegit* Herodotus *et* Suidas. *Sed inter omnes præcipuè celebrata* Ilias *et* Odyssea, *in quibus totius philosophiæ et artis oratoriæ, nec non poëtices lumina conspiciuntur.*

Id. *Dial.* 6.

Sed enim Homerus, *qui amnis poëticæ largissimus fons est, his carminibus (tragicis sc. comicisque) exempla præbuit, et velut quâdam suorum operum lege præscripsit, qui* Iliadem *instar tragœdiæ,* Odysseam *ad imaginem comœdiæ fecisse monstratur.*

Lipsius *Manud. ad Stoïc. Philos. l.* i. *Dissert.* 4.
Optimus vatum.

Idem notis ad *Velleium Paterculum* [ubi ad luculentum et illustre illius historici de *Homero* testimonium hæc habet]

Amo, amo te, Vellei, *ob haec judicia. Ille verò non summus solùm poëtarum, sed solus; nam quis aliorum non peccat?* [Et mox post citata *Aristotelis* et *Platonis* de *Homero* testimonia, hæc addit:] *Alios quid cumulem? Nemo tam consentienti judicio sapientum omnis ævi laudatus est, &c. ab iis maximè, qui ipsi laudatissimi. Abi igitur, imperitia, aut livor, tu capere, tu carpere non potes immortalem hanc cœlestemque naturam.* [Insigne hoc summi, acutissimique critici de poëta nostro judicium atque testimonium; et quod instar multorum sit. Quod ergo ille *Velleio* suo, quidni et ego illi, Amo, amo te, *Lipsi,* ob hæc judicia, &c.]

Id. ibid.

Homerus *primus doctrinarum et antiquitatis parens; nec post eum natus, qui germanitùs exprimeret aut referret. Omnium rerum, omnium artium, omnis non prudentiæ solum sed sapientiæ vestigia aut expressa, aut recondita sunt in illo.* Et post pauca: *Sed diffundor in laudes viri, quem fateor me non æstimare, sed venerari, nec venerari, sed pœnè dicam, adorare.*

Livius *Hist. l.* xxxvii.

Agrum opulentum, quem vocant Thebes *campum,* Homeri *carmine nobilitatum.*

Longinus Περὶ Ὕψους.

Τὸ Ὁμήρου παρορίζει μεγαλοφυὲς ἐν τῷ (Οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη, καὶ ἐπὶ χθονὶ βαίνει) τὸ ἐπ᾽ οὐρανὸν ἐπὶ γῆς διάστημα· καὶ τοῦτ᾽ ἂν εἴποι τις οὐ μᾶλλον τῆς ἔριδος, ἢ Ὁμήρου μέτρον. [Fuit præterea *Longinus* iste, Criticus et Rhetor insignis, *Homeri* studiosissimus: scripsit enim Ἀπορήματα Ὁμηρικὰ· Εἰ φιλόσοφος Ὅμηρος· Προβλήματα Ὁμήρου, aliaque id genus plura.]

Lucanus *Pharsal. l.* ix.

Quantùm Smyrnæi *durabunt vatis honores,*
Venturi me, teque legent. ———

Lucianus *Jove Trag.*

Ὅμηρός σοι δοκεῖ ἄριστος ποιητὴς γενέσθαι; καὶ μάλα, &c.

Id. *Ver. Hist. l.* ii.

Ποιητῶν δὲ τῇ μὲν ἀληθείᾳ παρὰ πολὺ ἐκράτει Ὅμηρος.

Id. *Demost. Encom.*

Οὐδ᾽ Ὅμηρος ἐλλιπὴς ἀντιθέσεων, ἢ παρισώσεων, ἢ σχημάτων τραχύτητος, ἢ καθαρότητος, ἀλλ᾽ ἔοικε φύσει ὑπάρχων ταῖς δυνάμεσι τὰς ἀρετὰς ἐπιπεπλέχθαι.

Lucretius *l.* iii.

Adde Heliconiadum comites, quorum unus Homerus
Sceptra potitus ——

et alibi

—— *semper florentis* Homeri.

Lycurgus *Orat. adversus Leocratem.*

Βούλομαι δ' ὑμῖν καὶ τὸν Ὅμηρον παρασχέσθαι ἐπαινῶν· οὕτω γὰρ ὑπέλαβον ὑμῶν οἱ πατέρες σπουδαῖον εἶναι ποιητὴν, ὥστε νόμον ἔθεντο, καθ' ἑκάστην πενταετηρίδα τῶν Παναθηναίων, μόνου τῶν ἄλλων ποιητῶν ῥαψῳδεῖσθαι τὰ ἔπη.

Lydiatus *Disquis. Physiol. de Orig. fontium, &c.*

Ethnici Philosophi in unius Homeri *poësi omnium artium principia quærunt.*

Macrobius *in Somn. Scip. l.* ii. *c.* 10.

Homerus *divinorum omnium inventionum fons et origo.*

Id. *Saturn. l.* v. *c.* iii.

Tria hæc ex æquo impossibilia judicantur, vel Jovi *fulmen, vel* Herculi *clavam, vel versum* Homero *subtrahere.*

Ibid. *c.* 13.

Non est erubescendum Virgilio, *si minorem se* Homero *vel ipse fateatur.*

Ibid. *c.* 16.

Homerus *omnem poësin suam ita sententiis farsit, ut singula ejus* ἀποφθέγματα *vicem proverbiorum in omnium ore fungantur.* Et post pauca: *Fortunam* Homerus *nescire maluit, et soli deo, quem* μοῖραν *vocat, omnia regenda committit, adeò ut hoc vocabulum* τύχη *in nullâ parte* Homerici *voluminis nominetur.*

Magius Hier. *Miscellan. l.* iii. *c.* 1.

Princeps poëtarum habitus semper est Homerus. Et iterum: *Illud accidit, quòd* Homerus *pro deo est habitus, cui et templa dicata sunt, &c.*

Majoranus *Præfat. in Eustath. Rom. Edit. præfixâ, ad Jul.* III. *P. M.*

Itaque nemini mirum videri debet, nullum esse magni nominis, vel Græcum, vel Latinum scriptorem, qui vel maximum philosophum, clarissimum poëtam, eloquentiæ parentem, inventionum originem, naturæ conscium, ingeniorum fontem, vitæ magistrum, θεσπέσιον *atque* ἱεροφάντην, *et sine exemplo maximum,* Homerum *esse non prædicavit.*

Majoragius *Præfat. in Homeri Iliad.*

Nam et Apollinis *oraculum* Homeri *carminibus sæpè traditum legimus: et philosophorum principes,* Plato *atque* Aristoteles, Homeri *testi-*

monio frequentissimè utuntur, et ab Homero, *tanquam omnis sapientiæ fonte, omnes philosophantium sectæ promanârunt. Rhetores* Homerum *ita suspiciunt, et eum omnibus eloquentiæ partibus exemplum et ortum dedisse fateantur. Grammatici, &c.*

Id. *ibid.*

Qui non poëticâ modò, sed oratoriâ virtute est eminentissimus; neque ullum exstat opus humanum, quod Homericæ *poësi præferendum esse videatur.* Et post aliquammulta: *Quantæ enim temeritatis et impudentiæ fuit* (Zoilum τὸν Ὁμηρομάστιγα hisce verbis perstringit) *eum damnare poëtam, quem omnes certatim sapientes summis in cœlum laudibus ferunt, quem omnes suspiciunt, admirantur, semper in manibus habendum censent, &c.* [Vid. integram illam præfationem τοῖς φιλομήροις lectu dignissimam.]

Manilius *Astronom. l.* ii.

—— *Cujus ex ore profusos*
Omnis posteritas latices in carmina duxit,
Amnemque in tenues ausa est deducere rivos
Unius fœcunda bonis——

Martialis *Epigram. l.* v. *Ep.* 10.

Ennius *est lectus salvo tibi, Roma,* Marone,
Et sua riserunt sæcula Mæonidem.

[Nempe optima quæque ingenia, dum in vivis sunt, præsens ætas aut contemnit, aut fastidit, aut livore prosequitur.

Hi sunt invidiæ nimirum, Regule, *mores.*
Præferat antiquos semper ut illa novis.

utì ibidem queritur idem vates *Bilbilitanus. Et* Horat. Virtutem incolumem odimus, &c. *Et* (ni fallor) *Tacitus,* Vetera in laude, præsentia in fastidio sunt.]

Martianus Capell. *De Nupt. Philolog. l.* i.

Poëtæque præcipuè Euagrium [vel potiùs, emendante Grotio, *Œagrium, Orpheum,* sc. *Œagri* filium] *citharistam secuti, cæcutientisque* Mæonii *suaviloquam senectutem, &c.*

Martinius M. *in Lex. Philolog. voce Homerus.*

Homerus *poëta inter Graecos celeberrimus, de cujus patriâ diversae urbes certant,*

Smyrna, Rhodus, Colophon, Salamis, Chios, Argos, Athenae.

Max. Tyrius *Dissert.* xvi.

Ἔγωγε εἰς τὰς Ὁμήρου φωνὰς ἐμπεσὼν οὐκ ἔχω παρ' ἐμαυτοῦ τὸν ἄνδρα ἐπαινέσαι, ἀλλὰ κἀνταῦθα δεήσομαι αὐτοῦ ἐπιδοῦναι μοὶ τῶν ἐπῶν, ἵνα μὴ διαφθείρω τὸν ἔπαινον ψιλῷ λόγῳ, ἔξοχα δή σε βροτῶν, ὦ Ὅμηρε, αἰνίζομ'

ἁπάντων. Ἦ σέ γε, μῦσ᾽· ἐδίδαξε Διὸς παῖς, ἢ σέ γε, Ἀπόλλων. Ibid. aliquandò pòst: Ὅμηρος μὲν ἀποκηρύττεται φιλοσοφίας ὁ ἡγεμὼν τῦ γένυς. Et interjectis nonnullis: Καὶ ὐδὲν μέρος Ὁμήρῳ ἄθεον, ὐδὲ δυνάςυ ἄπορον, ὐδὲ ἀρχῆς ἔρημον· ἀλλὰ πάντα μεςὰ θείων ὀνομάτων, κ̀ θείων λόγων, κ̀ θείας τέχνης.

Melancthon *Serm. de corrigendis Studiis.*

Homerus *Græcis fons omnium disciplinarum.*

Id. *in Encomio Eloquen.*

Jam quæ scena res humanas veriùs repræsentavit, quàm Homeri *carmen? ut fieri nequeat quin obiter et rerum admiratione tangamur, cùm dictionem consideramus. Offerunt sese ultro spectanda morum exempla, &c. Mihi quidem omnium, quæ hominum ingenia peperêre, nullum prudentius* Homerico *scriptum videtur.*

Minos Cl. *Commentar. ad Emblem. Alciat.*

Sic enim Homerus ingeniorum vertex *quatuor illa prima* ςοιχεῖα *inter se pugnantia, et sese mutuò producentia effinxit, sub nominibus* Jovis, Junonis, Neptuni, *et* Plutonis.

Modius F. *Præfat. in Lect. Novantiquas suas.*

Rectè, ut hæc quoque inter se conjunxisse videatur princeps et deus poëtarum, cujus est illud, Ἀμφότερον, βασιλεύς τ᾽ ἀγαθὸς, κρατερός τ᾽ αἰχμητής.

Moschus *Idyll.* 3.

——— Ὅμηρος
Τῆνο τὸ Καλλιόπας γλυκερὸν ςόμα ———

Muretus *L.* ii. *Orat.* 12.

Nemo unquam repertus est, qui Homerum *praecipuum esse inter poëtas negaret.*

Musurus M. *Epist. præfixâ Etymolog. magno.*

Οὐχ᾽ ἥκιςα δὲ τῶν πάντων Ὁμήρῳ, τῷ τὰς ἀρχὰς κ̀ τὰ σπέρματα παρασχόντι τοῖς ἐπὶ τῇ ἀκροπόλει σοφοῖς.

Natalis Com. *Mythol. l.* i.

In hoc rursus hi poëtæ omnes conveniunt, quòd omnibus idem scopus et ad unum finem omnem omnium intendunt, ut homines meliores efficiant. Idcirco Homerus *ut prudentem atque omnibus virtutibus cumulatum* Ulyssem *effingens, &c.*

Neander M. *Ep. Nuncup. Luther Catech. Græco-Lat. præfixâ.*

Homerus *poëtarum rex divinissimus, fons ingeniorum, primusque doctrinarum et antiquitatis omnis parens.*

Idem *Ep. Nuncup. Tryphiodoro suo præfixa.*

Homerus *ingenii cœlestis vates. Pictor ipse sapientissimus, admirabilis architectus multisciusque, seu potiùs cunctarum rerum apprimè peritus*——βασιλεὺς ποιητῶν θειότατος; *et de cujus amplissimis et splendidissimis cœnis omnes scriptores saturati, suas quisque particulas ad suos quosdam usus inde sibi decerptas domum retulerunt.* Et paulò post: *Veteres namque reges etiam et principes* Homeri *scripta omnium fecerunt maximi, ut poëmata de virtute ac justitiâ conscripta, quæ ut vitæ ac morum, denique consiliorum, et actionum omnium normam ac regulam, sibi sequenda in omni vitâ existimabant. Ea adeò etiam familiariter ipsis nota fuisse, ex* Plutarcho, *&c. liquet; ut versus* Homericos *in omni vitâ, in omni sermone, quodcunque etiam dicere vellent, ad quascunque res, casus, et eventus, qui in vitâ evenire solent, paratos ad manus et in numerato semper haberent.*

Nonius Marc. *In voce Sifilare.*

Hujus rei auctor est venerabilis Homerus, *Iliad* xiv. 142. Ἀλλ' ὁ μὲν ὡς ἀπόλοιτο, θεὸς δέ ὁ σιφλώσειε.

Nicetas Chron. *In Historiâ Gr. Imper.*

[Summus (ut videtur) *Homeri* admirator et imitator sedulus, ne dicam superstitiosus. *Homericas* enim tum voces tum phrases passim usurpat (quod mirum) etiam in solutâ oratione. Unde hæc *Hieron. Wolphii* de eo censura in annotationibus.] *Aptior fuisset* Choniates *scribendo poëmati, quàm historiæ, propter* Homeri *diligentem imitationem.*

Nonnus *Dionys. Lib.* xiii.

——— Καὶ Ὅμηρον ἀοσσητῆρα καλέσσω,
Ἐνεπίης ὅλον ὅρμον.

Origenes *Contra Celsum, l.* vii.

Ὁ τῶν ποιητῶν ἄριστος Ὅμηρος.

Id. *Philocal. c.* 19.

Ὁ ἐν ποιήσει θαυμαστὸς Ὅμηρος.

Orosius *Hist. l.* i.

In quo bello per decem annos cruentissimè gesto, quas naves, quantosque populos idem turbo involverit atque afflixerit, Homerus *poëta in primis clarus luculentissimo carmine palam fecit.*

Ovidius *Amor. l.* i. *Eleg.* 8.

Aspice Mæoniden, *à quo, ceu fonte perenni,*
Vatum Pieriis ora rigantur aquis.

Palingenius M. *Zodiac. Vit. l.* i.

Carminibus quamvis possis æquare Maronem,
Mæoniique *senis divinos reddere cantus.*

Panætius *Apud Ciceronem Tusc. l.* i.

Plato *à* Panætio Homerus *philosophorum appellatur, id est* (interprete *Phil. Pareo,* in Lexic. Critic.) *princeps et præstantissimus.* Ita enim

Pareus Phil. *Lexic. Critico.*

Homerus *pro principe et præstantissimo, sicut et* Rossius.

Idem *Narr. Hist. de vitâ et ob D. Davidis Parei.*

Ut ἀπὸ τῆς παρείας nomen Pareus *denominativè formaverit* ὁ Παρεῖος, *sicut à vatum maximo* Homero καλλιπάρηος Ἀθήνη *nominatur.* Ubi tamen μνημονικὸν ἁμάρτημα à doctissimo viro admissum. Nec enim hoc epitheton *Minervæ* unquam tribuit poëta, sed vel *Helenæ,* vel *Briseïdi,* vel si fortè alii.

Pareus Dan. *Spicileg. in Quintil.*

De cujus eloquentissimâ rhetoris patriâ non secus inter scriptores disceptatur, atque olim de maximo illo vatum Homero *contendebant septem ille famigeratissimæ urbes,* Smyrna, Rhodos, Colophon, &c.

Paschalius C. *In Legato, c.* 8.

Antiquissimus ille antistes sapientiæ (Homerus *sc.*) *describens* Thersitem, &c.

Patricius F. *Epist. ad Senat. Senens. præfixâ Lib. de Repub.*

Homerum *imprimis, qui poëtarum parens fuit, et omnium disciplinarum dux.*

Id. *Ejusdem Operis, l.* ii. *tit.* 6.

Homerus *namque et* Virgilius *tantam sibi laudem vendicârunt, ut ne spem quidem posteris reliquerint, non modò ad parem laudem adæquandam, verùm ad imitationem, ac similitudinem obtinendam.*

Paterculus *Hist. l.* i.

Clarissimum deinde Homeri *illuxit ingenium, sine exemplo maximum, qui magnitudine operum et fulgore carminum solus appellari poëta meruit; in quo hoc maximum est, quòd neque ante illum, quem ille imitaretur, neque post illum, qui eum imitari possit, inventus est.* [Insigne elogium, de quo vid. Lipsium ad locum.]

Paulus Silent. *Antholog. Gr. Epigram. l.* iii.

——— Πιερίδων τὸ σοφὸν στόμα, θεῖον Ὅμηρον.

Pausanias *Messen.*

Τὰ Ὁμήρου μὲν ὄν ὠφέλιμα ἐγένετο ἐν ἅπαντα ἀνθρώποις.

Petrarcha *Famil. Epist. l.* ix. 2.

Quid enim vir ingeniosissimus atque eloquentissimus nisi ipsum ingenii, et eloquentiæ fontem et originem (Homerum *sc.*) *vocat* Ambrosius, Macrobius, *et si omnes tacerent, res ipsa testatur; sed fatentur omnes.*

Petronius Arb. *Satyric.*

—— *Det primos versibus annos,*
Mæoniumque *bibat felici pectore fontem.*

Philemon *apud Stobæum in Eclog.*

Τὸν δ' οὖν λέγοντα μὴ νόμιζ' εἶναι μακρὸν,
Μήδ' ἂν σφόδρ' εἴπῃ πολλὰ, ϗ πολὺν χρόνον·
Τεκμήριον δὲ τοῦδε τὸν Ὅμηρον λάβε.
Οὗτος γὰρ ἡμῖν μυριάδας ἐπῶν γράφει,
Ἀλλ' οὐδ' εἷς Ὅμηρον εἴρηκεν μακρόν.

[Hinc testimonium suum de *Homero*, jam suprà laudatum, sumpsisse videtur Nazianzenus.]

Philippus *Antholog. Gr. Epigr. lib.* i. *sub personâ Apollinis.*

Ἤειδον μὲν ἐγὼ, ἐχάρασσε δὲ θεῖος Ὅμηρος.

Philo Jud. *De Confus. Linguarum.*

Ὁ μέγιςος ϗ δοκιμώτατος τῶν ποιητῶν Ὅμηρος.

Id. *l. de Abrahamo.*

Καθάπερ γὰρ ὁ ποιητὴς Ὅμηρος, μυρίων ὄντων ποιητῶν, κατ' ἐξοχὴν λέγεται.

Philostratus *In Heroïcis.*

Τὸν Ὅμηρόν φησι ξένε, καθάπερ ἐν ἁρμονίᾳ μουσικῇ πάντας ψῆλαι τοὺς ποιητικοὺς τῶν τρόπων, ϗ τοὺς ποιητὰς ἐφ' οἷς ἐγένετο, ὑπερβεβλῆσθαι πάντας, ἐν ὅτῳ ἕκαςος ἦν αὐτῶν κράτιςος· μεγαλορρημοσύνην τε γὰρ ὑπὲρ τὸν Ὀρφέα ἀσκῆσαι, ἡδονῇ τε ὑπερβαλέσθαι τὸν Ἡσίοδον, ϗ ἄλλῳ ἄλλον. Et paulò pòst: Ταῦτα πάντα τὸν Ὅμηρον, δαιμονίως ἐξειργάσθαι φησὶ, ϗ τοὺς μὴ ἐρῶντας αὐτοῦ μαίνεσθαι.

Picus Mirand. J. *de Ominis dignitate.*

Homerus —— *Qui ut omnes alias sapientias, ita hanc quoque* (*sc. Magicam*) *sub sui* Ulyssis *erroribus dissimulavit.*

Pierius *Hieroglyph. l.* xxiv. *c.* 5.

Ad elaboratarum autem divitiarum similitudine factum crediderim, ut Homerum Platonici *dixerint in pavonem abiisse, qui tantam rerum varietatem poëticis coloribus ornatam explicuerit.*

Id. *l.* xxxiv. *c.* 5.

Hæc meliùs ex Homero *declarabantur: Ait is, nullius disciplinæ quamtumlibet remotæ nescius,* Jovem *cum reliquis Diis, &c.*

Pindarus *Nem. Od.* vii.

Ἐγὼ δὲ πλέον ἔλπομαι.
Λόγον Ὀδύσσεος ἢ πάθη
Διὰ τὸν ἁδυεπῆ γενέσθ' Ὅμηρον.
Ἐπεὶ ψευδέσσίν οἱ ποτανᾷ γε μαχανᾷ
Σεμνὸν ἔπεστί τι· σοφία δὲ
Κλέπτει παράγοισα μύθοις.

Plato *Ion.*

Ὅμηρος ἄριστος καὶ θειότατος τῶν ποιητῶν.

Id. *De Republ. l.* x.

Ὅμηρος πρῶτος διδάσκαλος καὶ ἡγεμὼν ἁπάντων τῶν καλῶν τῶν τραγικῶν.

Plinius Sen. *Histor. Nat. l.* 2. *c.* 6.

Ut principi literarum Homero *placuisse video.*

Id. *l.* xv. *c.* 2.

Homerus *primus doctrinarum et antiquitatis parens. Et* l. xvii. c. 5. *Fons ingeniorum.*

Id. *l.* vii. *c.* 29.

Ingeniorum gloriæ quis posset agere delectum per tot disciplinarum genera, et tantam rerum operumque varietatem? nisi fortè Homero, *vate Græco, nullum feliciùs exstitisse convenit, sive operis fortunâ, sive materiâ æstimetur. Itaque* Alexander Magnus *inter spolia* Darii *Persarum regis unguentorum scrinio capto, quod erat auro, gemmisque ac margaritis, pretiosum, varios ejus usus amicis demonstrantibus ——imò Hercule, inquit, librorum* Homeri *custodiæ detur, ut pretiosissimum humani animi opus quàm maximè diviti opere servaretur.*

Plinius Jun. *Epist. l.* v. *Ep.* 6.

Vides quot versibus Homerus, *quot* Virgilius *arma, hìc Æneæ, ille Achillis describat: brevis tamen uterque est, qui facit quod instituit.*

Plutarchus Περὶ Ἀδολεσχίας.

Μόνος Ὅμηρος τῆς τῶν ἀνθρώπων ἀψικορίας περιγέγονεν, αἰεὶ καινὸς ὤν, καὶ πρὸς χάριν ἀκμάζων.

Id. *Lib. de vitâ Homeri.*

Εἴ τις μὴ παρέργως, ἀλλ' ἀκριβῶς ἕκαστα τῶν εἰρημένων ἐπιλέγοιτο, φανεῖται (Ὅμηρος sc.) πάσης λογικῆς ἐπιστήμης καὶ τέχνης ἐντὸς γενόμενος, καὶ πολλὰς ἀφορμὰς καὶ οἱονεὶ σπέρματα καὶ λόγων καὶ πράξεων παντοδαπῶν τοῖς μετ' αὐτὸν

παρεχόμενος, καὶ οὐ τοῖς ποιηταῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς τῶν πεζῶν λόγων συνθέταις, ἱστορικῶν τε καὶ θεωρηματικῶν.

Id. *postremis ferè verbis ejusdem libri.*

Πῶς δὲ οὐκ ἂν πᾶσαν ἀρετὴν ἀναθείημεν Ὁμήρῳ, ὅπου καὶ ὅσα αὐτὸς μὴ ἐπιτή-δευσε, ταῦτα οἱ ἐπιγενόμενοι ἐν τοῖς ποιήμασιν αὐτοῦ κατενόησαν· καὶ χρῶνται μέν τινες πρὸς μαντείαν τοῖς ἔπεσιν αὐτοῦ, καθάπερ τοῖς χρησμοῖς τοῦ Θεοῦ.

Politianus *Præfat. in Hom.*

Dicturus de Homero *vate, doctrinarum omnium atque ingeniorum auctore et principe, &c.* Et post pauca: *Adeò nimirum sese supra hominum conditionem vates hic eminentissimus atque incomparabilis attollit, adeòque nihil mortale sonat, ut meritò illi et patria cœlum, et mater esse* Calliope *videri possit.* Et aliquantò pòst: *Quid dicam de philosophiâ, in quâ nulla est ferme nobilior posterorum scientia, nec opinio celebrata, cujus non in poëta* Homero *originem agnoscamus.* [Sed et perlegenda integra illa *politissimi* scriptoris præfatio, quæ inter ejus opera habetur.]

Polyænus *Procem. ad Stratagem.*

Δοκεῖ δέ μοί γε ταῦτα συμβουλεύειν Ὅμηρος· ὅταν γὰρ πολλάκις ᾄδῃ, ἢ δόλῳ, ἠὲ βίηφι, ἄλλως οὐ παραγγέλλει ἢ τέχναις καὶ στρατηγήμασι χρήσασθαι κατὰ τῶν πολεμίων, &c.

Polybius *Hist. l.* vi.

Ἢ καὶ τὸν ποιητὴν ἄν τις ἐπαινέσειε, διότι παρεισάγει τὸν Ὀδυσσέα τὸν ἡγε-μονικώτατον ἀνδρῶν, &c.

Pontanus Ja. *Attic. Bellar. Synt. part.* 2.

Ubi (post aliquot de Homero elogia) *Hæc,* inquit, *perpauca de innumeris, quæ de hoc poëtarum deo à poëtis, oratoribus, historicis, philologis, regibus, imperatoribus præclarissimè dicta, scripta fuerunt.*

Porphyrius *De antro Nymph.*

Λογιζόμενοι — καὶ τὴν Ὁμήρου ὅση τις φρόνησις γέγονε, καὶ πάσης ἀρετῆς ἀκρίβεια.

Portus Fr. *Præfat. in suum Homerum.*

Tanta est poëtæ hujus excellentia, tam multæ variæque virtutes, ut altero sit opus Homero *ad eas non ornandas vel augendas, sed recensendas et enumerandas. Nemo dubitat hunc vatem omnium præclarissimarum rerum dedisse semina, unde postea tot artes, tot liberales disciplinæ natæ, auctæ, ac confirmatæ sunt. Ex hoc uno fonte varia genera philosophorum, quasi ex immenso mari oceano flumina, &c.* Et post aliquammulta *Tantùm dicam, poëtam hunc de genere hu-*

mano, ac de iis qui artibus dant operam ita esse meritum, ut si omnis ætas publico præconio ejus prædicet laudes, nesciam an satìs tanto poëtæ sit factura.

Portus Æm. *Præfat. ad Lexic. suum Ionicum.*

Homerus *omnes dialectos per suum poëma dispersas, mixtumque dicendi genus habet; quod carmen ejus reddit magnificentius, et admirabilius, et insignem poëtæ doctrinam et poëticæ venæ felicitatem commendat.*

Priscianus *Epist. præfixa Lib. Gramm.*

Cujus mentem tam Homeri *credo quàm* Virgilii *anima constare. Quorum uterque arcem possedit musicæ, &c.*

Proclus *Chrestomath. apud Photium.*

Τὸ κοινὸν ὄνομα παντὸς τοῦ λόγου τὸ ἑξάμετρον ἰδιώσατο, καὶ ἐκλήθη, ἔπος καθάπερ καὶ ὁ Ὅμηρος ποιητὴν, καὶ ὁ Δημοσθένης τὸν ῥήτορα ᾠκειώσατο——Γεγόνασι δὲ τοῦς ἔπους ποιηταὶ, κράτισος μὲν Ὅμηρος, &c.

Propertius *Lib.* ii. *Eleg. ultim.*

Cedite Romani scriptores, cedite Graji,
Nescio quid majus nascitur Iliade.

Et alibi.

Nec non ille tui casus memorator Homerus
Posteritate suum crescere sensit opus.

Pyrrho *apud Diogen. Laërt. l.* ix.

Ἐμέμνητο μάλισα μὲν Δημοκρίτου, εἶτα δὲ καὶ Ὁμήρου, θαυμάζων αὐτὸν, καὶ συνεχὲς λέγων, Οἵη περ φύλλων τοιήδε καὶ ἀνδρῶν.

Pythagoras *apud Jamblich. de Vit. Pythag. c.* 25.

Χρῆσθαι δὲ (*solebat sc.* Pythagoras) καὶ Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου λέξεσιν ἐξειλεγμένως πρὸς ἐπανόρθωσιν ψυχῆς.

Quinctilianus, *l.* x. *c.* 1.

Igitur ut Aratus *ab* Jove *incipiendum putat, ita nos ritè cœpturi ab* Homero *videmur. Hic enim (quemadmodum ex* oceano *dicit ipse amnium vim fontiumque cursus initium capere) omnibus eloquentiæ partibus exemplum et ortum dedit. Hunc nemo in magnis sublimitate, in parvis proprietate superaverit. Idem lætus ac pressus, jucundus et gravis, tum copiâ, tum brevitate mirabilis, nec poëticâ modò sed oratoriâ virtute eminentissimus.* Et post nonnulla: *Quid? in verbis, sententiis, figuris, dispositione totius operis, nonne humani ingenii modum excedit? Ut magni sit viri virtutes ejus non æmulatione (quod fieri non potest) sed intellectu sequi; verùm hic omnes sine dubio, et in omni genere eloquentiæ procul à se reliquit.*

Ramus *Dialect. Præfat.*

Quinetiam cùm Aristoteles *ad perspicuè docendum exemplis uti jubeat,* οἷα Ὅμηρος, μὴ οἷα Χοιρίλος, *qualia* Homerus, *non qualia* Chœrilus

habeat, nullum ferè præceptum sine popularibus et electis, id est, Homericis, *non* Chœrilæis, *poëtarum, oratorum, philosophorum exemplis institui.*

Rhodiginus *Lect. Antiq. lib.* xvi. *c.* 15.

Literarum parens Homerus.

Rittershusius *Notis in Isid. Pelus. Epist. l.* iv. *Ep.* 30.

Apud Homerum *Odyss.* χ. *v.* 348. *est* ἐνέφυσε. *Etsi autem hic fons ingeniorum et parens eruditionis istud elogium pronunciat sub personâ Phemii musici, &c.*

Sabellicus *Ennead.* 1. *l.* 8.

Sed quocunque fuit loco natus (Homerus *sc.*) *quâcunque ætate, omnium (quod satis convenit) poëtarum fuit eminentissimus, cunctarumque eloquentiæ partium origo.*

Salmasius *Plin. Exercit. p.* 855.

His opponit (Horatius *sc.*) *tanquam virtutis poëticæ perfectissimam ideam unicum* Homerum.

Salmuthus *Comment. in Panciroll. Nov. Repert. l.* ii. *tit.* 10.

Cujus (Homeri *sc.*) *laudes singulas si deprædicare velim, verear ne laborem suscepturus sim inanem, ac prorsùs inutilem; cùm nihil hoc aliud videri possit, quàm eum laudare, quem nemo vituperat, sed omnes venerantur et suspiciunt.*—— *Eo quippe provectus est auctoritatis, ut non tantùm* priscæ poëticæ divinus auctor apud Græcos ab *Apuleio l.* ix. *sed et contentione summâ* literarum parens et doctrinarum fons *à celeberrimis pronuntietur auctoribus.*

Scaliger Ju. *Poët. l.* v. *c.* 2.

Homeri *ingenium maximum; ars ejusmodi, ut eam potiùs invenisse quam excoluisse videatur.*

Id. *De Causis L. L. lib.* v.

Id expressit divinitus aliquando summus poëta, Τὸ δέ τοι τετελεσμένον ἔσται.

Id. *in Poëm.*

Non homines, non me Musæ peperêre, sed à me
Principium Musæ patre tulere suum.

Id. *Comment. in lib. Hippoc. De Insomniis.*

Vel vide Homerum, *vel* Herodoti *memineris; sed quales viros? profectò facilè principes utriusque orationis; utrumque verò etiam sapientem: Nam et* Homerum *nunquam putâssem summum, et physicum, et, ut tum esse poterat, theologum, nisi tam stultè de diis locutus esset: neque enim tam vecors, tamque futilis esse potuit, ut ea sic intelligeret; sed ad siderum potestates, atque officia geniorum omnia voluit referri.* [Hæc

Scaliger, qui tamen alibi in *Homerum* iniquior, ut propterea non immeritò vapulet à *Leone Allatio*, De Patriâ *Homeri*, *c.* iv.]

Scaliger Jo. *Epist. l.* i. *Ep.* 1.

Vix delibatis conjugationibus Græcis, Homerum *cum interpretatione arreptum* 21 *diebus totum didici: poëticæ verò dialecti vestigiis insistens grammaticam mihi ipse formavi, neque ullam aliam didici quàm quæ mihi analagiâ verborum* Homericorum *observata fuit.*

Id. *Epist. l.* iii. *Ep.* 247.

Ut anni, sic poëseos Græcæ quatuor tempestivitates fuisse animadverti. Prima fuerit illa, in quâ principes Homerus *et* Hesiodus, *&c.*

Schottus A. *Præfat. in Phot. Biblioth. de Eust.*

Cujus et in Homerum *poëtarum prope deum explicationes, &c.*

Id. *Nod. Ciceron. l.* iii.

Poëtarum omnium juxta ac philosophorum prope deum Homerum, *&c.*

Schrevelius *Epist. Dedic. Homero suo præfixa.*

Poëtas inter Homerus *sine omni controversiâ palmam obtinet; utpote qui animos hominum à vitiis avocat, ad virtutem et honestatem excitat, atque acuit; mores corruptos emendat, &c.*

Id. *Præfat. ad Lectorem.*

Post mortem nominis immortalitatem assecutus est; et communis opinio percrebuit eum non ex mortali semine, sed ex deo natum; arbitrati ingenii sagacitatem omni humanâ industriâ majorem.—Quanti Homerum *fecerint populi et reges, qui sapientiâ cæteris antestarent, testantur omnium seculorum historiæ. — Vale — et* Homerum *tibi diligenti lectione familiarem facito, ut in quo nullius non artis aut perfecta aut certè non dubia vestigia reperiuntur; et, ut quidam scitè illum vocat,* Πηγήν τινα τῆς διαλέκτου, τοῦ τε ἀνθρωπίνου βίου παράδειγμα, καὶ οὐδὲ φωστῆρα τῶν ἄλλων ποιητῶν, Ἑλλήνων τε καὶ τῆς τε ἄλλης περὶ λόγου παιδείας ἡγεμόνα.

Seberus *Epist. Ded. Indici suo Homero præfixa.*

Tanta fuit omnibus seculis Homeri *judicata dignitas, ut cùm multi laudes ejus celebrare ausi fuerint, plerique tamen plenè illas se assecutos negare haud erubuerint. Ac sanè quis putet satìs dignis affici posse laudibus eum, quem universus pœnè literatorum chorus non tantùm cum* Platone *poëtarum optimum ac divinissimum, vel cum jurisconsulto præcipuum ac summam* omnisque virtutis patrem, *sed cum* Dionysio *etiam, &c.*

Seinius P. *L. de Nepenthe Hom. seu de abolendo Luctu.*

Magnum profecto, et Homero, *h. e. omnium poëtarum philosophorumque principe dignum.*

Seneca *Epist.* 58.

Poëta——*jam apud Græcos in unius notam cessit,* Homerum *intelligas, cùm audieris poëtam.*

Id. *Epist.* 18.

Illa discamus, quæ Homerum *fecêre sapientem.*

Sextus Emp. *Advers. Mathemat. c.* 8.

Ἐπεὶ μὲν οὖν ποιητικῇ ἔγωγε Ὅμηρον τεθαύμακα.

Id. *c.* 10.

Πιθανόν ἐστι γεγονέναι μέν τινας πρὸ αὐτοῦ (Ὅμ. sc.) καὶ κατ᾽ αὐτὸν ποιητὰς· τούτους δὲ ὑπὸ τῆς περὶ αὐτὸν λαμπρότητος ἐπεσκοτῆσθαι.

Sibylla (*Aut Sibyllin. saltem Carminum Auctor.*) *Orac. l.* iii.

Καὶ τὶς ψευδογράφος, πρέσβυς βροτὸς, ἔσσεται αὖθις
Ψευδόπατρις ———
Νοῦν δὲ πολὺν, καὶ ἔπος διανοίας ἔμμετρον ἕξει,
Οὐνόμασιν δυσὶ μισγόμενον. Χῖον δὲ καλέσσει
Αὐτὸν, καὶ γράψει τὰ κατ᾽ Ἴλιον, οὐ μὲν ἀληθῶς,
Ἀλλὰ σοφῶς, ἔπεσιν γὰρ ἐμοῖς, μέτρων τε κρατήσει.

Sidonius Apoll. *Carmine* 23.

Torrens Herodotus, *Tonans* Homerus.

Silius Ital. *Lib.* xiv.

——*Meruit deus esse videri,*
Et fuit in tanto non parvum pectore numen.
Carmine complexus terram, mare, sidera, manes,
Et cantu Musas, *et* Phœbum *æquavit honore.*

Simonides *Carmine Elegiaco de brevit. vitæ.*

Οὐδὲν ἐν ἀνθρώποισι μένει χρῆμ᾽ ἔμπεδον αἰεὶ,
Ἓν δὲ τὸ κάλλιστον Χῖος ἔειπεν ἀνήρ.
Οἵη περ φύλλων γενεὴ, τοιήδε καὶ ἀνδρῶν.

Socrates *Epist. ad Xenophont.*

Τὸ μηδὲ γένος πατέρων αἰσχυνέμεν, ἐν τῷ ἄριστα τῷ ποιητῇ εἰρῆσθαι τιθέντες.

Solinus *Polyhist. c.* 3.

Smyrna, unde præcipuè nitet, Homero *vati patria existit.*

Solon *apud Diog. Laërt. l.* i. *in Solone.*

Τά τε Ὁμήρου ἐξ ὑποβολῆς γέγραφε ῥαψῳδεῖσθαι, οἷον ὅπου ὁ πρῶτος ἔληξεν, ἔνθαδε ἄρχεσθαι τὸν ἐχόμενον· μᾶλλον οὖν Σόλων Ὅμηρον ἐφώτισεν, ἢ Πεισίστρατος. [Quanquam non verbale, sed reale hoc testimonium *Solonis* sit, hinc tamen liquidò et apertè constat, quanti *Homerum* fecerit celeberrimus hic sapientissimusque *Atheniensium* legislator; quare nullo modo omittendum duxi hoc ipsius decretum, quo viz. cautum est, ut rhapsodi in *Panathenæis Homeri* carmina recitarent (licet hoc

institutum *Hipparcho Pisistrati* filio tribuant alii, ut *Plato* in *Hipparcho*, et ex eo *Ælianus* Var. Histor. l. viii. c. 2.) præsertim cùm et inter Auctores nomen et locum meruerit hic sophus, utpote cujus *Elegi et Epistolæ* etiamnum hodie extant, et doctorum manibus teruntur.

Sophocles,

Græcorum magicorum princeps, Μέλιττα Ἀττικὴ, Ἄνθος ἀοιδῶν, etsi nusquam fortè nominatim *Homeri* in tragœdiis meminit (nec enim huic rei locus aut occasio erat in tali argumento) quàm religiosus tamen illius cultor ac ζηλωτὴς fuerit, jam olim observarunt critici; qui et propterea φιλόμηρον eum vocârunt. Et certè ubique hic tragicus sedulum se et studiosum *Homeri* imitatorem ostendit tam in verbis, quàm in sententiis; passim adeò Ὁμηρικὴν ἐκματτόμενος χάριν, *ut* μόνος Ὁμήρου μαθητὴς à quodam è veteribus dici meruit; referente *Triclinio:* si modò is auctor sit vitæ *Sophoclis,* tragœdiis ejus præfixæ. Hinc et *Polemon* (teste *Suidâ*) appellare solitus est Ὅμηρον μὲν Σοφοκλέα ἐπικὸν, Σοφοκλέα δὲ Ὅμηρον τραγικὸν. Postremò, etiam de *Sophocleâ Homeri* imitatione dissertationem edidit vir doctissimus diligentissimusque, et de Græcâ linguâ optimè meritus, *Henr. Stephanus.* Cothurnus itaque *Sophocleus Homericæ* grandiloquentiæ viva quædam effigies et imago est, eique satìs amplum *testimonium* præbet.

Spondanus *Proleg. in Homerum suum.*

Sanè id summæ laudi divino vati (Homero) *tribui oportet, qui licet rei familiaris angustiis oppressus, tamen in tantas ingenii divitias emerserit, ut neque pristina, neque hodierna secula parem ullum ei protulerint — Hinc poëtæ, hinc oratores, —— &c.*

Statius Papin. *Sylvarum l.* v. *Epiced. in Patrem.*

Fons et magniloquo non posthabuisset Homero.

Ibid.

Quantus equos pugnasque virûm decurrere versu
Mæonides ———

Stephanus H. *Dissertat. præfixa editioni suæ Græc. Poët.*

Homerum *ita laudare ut poteram nolebam, non poteram autem ut volebam.*

Id. *Schediasm. l.* ii.

Homerus *ita erat ab omnibus* πεπατημένος *veterum scriptorum ætate, ut nullam ex ullo ejus loco vocabulum peti possit, nec ad quicquam, quod ille dixisset, respici sive alludi, quin lectores statim id animadverterent.*

Strabo *Geograph. l.* xi.

Ὅμηρος οὐ μόνον ἐν τῇ κατὰ τὴν ποίησιν ἀρετῇ πάντος ὑπερβέβληται τοὺς πάλαι καὶ τοὺς ὕστερον, ἀλλὰ σχεδόν τε καὶ τῇ κατὰ τὸν βίον ἐμπειρίᾳ τὸν πολιτικόν. [Vid. plura ibid. ubi et *Homerum* geographiæ principem esse fusè demonstrat.]

Id. *l.* viii.

Πιςεύοντα δ' ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ οἱ ἐνδοξότατοι κ) πρεσβύτατοι κ) κατ' ἐμπειρίαν πρῶτοι. Ὁμήρȣ δ' ἐις ταῦτα ὑπερβεβλημένȣ πάντας, ἀνάγκη συνεπισκοπεῖν κ) τὰ ὑπ' ἐκείνȣ λεχθέντα.

Strada *Prolus. Acad. l.* i. *prolus.* 3.

Cùm lego poësin Homeri, *video sapientissimum vatem, &c.* et aliquantò pòst de eodem: *Poëta ingeniosissimus, qui probè nôsset unus, quid esset non ineptire.*

Stuckius *Antiq. Convivial. l.* i. *c.* 27.

Præ cæteris quidem scriptoribus omnibus Homerus *omnia justa legitimaque hospitalitatis officia egregiè sanè mihi expressisse, ac suis quasi coloribus depinxisse videtur in præclaris illis suis literarum monumentis, quæ quidem aliorum quoque officiorum vitæ humanæ præclara documenta, atque præcepta continent.*

Sturmius *Epist. ad Theoph. Golium.*

Credo ego omnium oratorum ornamenta et instituta in Homero *demonstrari posse, ita ut si ars dicendi nulla extaret, ex hoc tamen fonte derivari et constitui posset.*

Suetonius *In et De Caligulâ, c.* 34.

Cogitavit etiam de Homeri *carminibus abolendis.* [Præclarum verò facinus, et tali imperatore dignum, *viz.* monstro hominis.]

Suidas *In voce* Ὅμηρος.

Ὁμοίως δὲ κ) τὴν πατρίδα ἀμφίβολος (*erat* Homerus *sc.*) διὰ τὸ ἀπιςηθῆναι ὅλως εἶναι θνητὸν τῷ μεγέθει τῆς φύσεως.

Symmachus *Epist. l.* viii. *Ep.* 22.

Et Homerum *novimus à dissimilibus prædicari: careret quippe fama magnorum virorum celebritate, si etiam minoribus testibus contenta non esset.*

Synesius *lib. de Insomn.*

Ὅμηρος κ) Στησίχορος τὸ μὲν Ἡρωικὸν φῦλον διὰ τὰς ποιήσεις αὐτῶν ἐπικυδέςερον ἔθεσαν· κ) ἡμεῖς ὠνάμεθα τȣ̃ ζήλȣ τῆς ἀρετῆς.

Tatianus *Orat. Adv. Græc.*

Ὅροι δὲ ἡμῖν κείσονται Μωσῆς κ) Ὅμηρος, τῷ ἑκάτερον αὐτῶν εἶναι παλαιότερον, κ) τὸν μὲν ποιητῶν κ) ἱςορικῶν εἶναι πρεσβύτερον, τὸν δὲ πάσης βαρβάρον σοφίας ἀρχηγόν.

Tertullianus *Lib. de Animâ.*

Homerus *pater liberalium disciplinarum.*

Id. *ibid. c.* 56.

Novimus autem præter poëtica jura, pietatis quoque Homericæ *industriam, &c.*

Textor *Theatr. Hist. et Poët. l.* ii. *c.* 98.

Homerum *poëtarum omnium facilè principem ferunt, cùm jam senio confectus, &c.*

Themistius *Oratione* xvi.

Οὐκ ἄρα μάτην ὁ σοφώτατος Ὅμηρος ἀπεσχεδίαζεν ἐν τοῖς ἔπεσι, συνεχῶς ἀνυμνῶν τὸν αὐτὸν καὶ ἕνα πατέρα ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

Id. *alibi.*

Ὅμηρος προπάτωρ καὶ ἀρχέγονος τῶν Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους λόγων.

Theocritus *Idyll.* xvi.

——— Ἅλις πάντεσσιν Ὅμηρος,
Οὗτος ἀοιδῶν λῷστος ———

Id. *Idyll.* vii.

Καὶ μοῖσαν ὄρνιχες, ὅσοι ποτὶ Χῖον ἀοιδὸν
Ἀντία κοκκύζοντες ἐτώσια μοχθίζοντι.

Theodoretus *de curand. Græc. affect. l.* ii.

Τί γὰρ τῆς Ὁμήρου ποιήσεως ἥδιον; τί δὲ τῆς εὐεπείας ἐκείνης γλυκύτερον;

Theon. *Progymnasm.*

Πρῶτον μὲν Ὅμηρον ἐπαινοῦμεν, ὅτι οἰκείους λόγους περιτέθεικεν ἑκάστῳ τῶν εἰσαγομένων προσώπων.

Thucydides *l.* ii. *in Periclis oratione funebri.*

Οὐδὲν προσδεόμενοι, οὔτε Ὁμήρου ἐπαινέτου, οὔτε ὅστις ἔπεσι μὲν τοιαύτικα τέρψει, &c. Ubi Schol. Οὔτε Ὁμήρου, ἀπὸ μέρους τῶν πάντων ποιητῶν.

Thysius Ant. *De Rep. Athen. p.* 267.

In Panathenæis *majoribus rhapsodi* Homeri *principis poëtarum carmina, &c.*

Tibullus *Lib.* iv. *Carm. ad Messalam.*

——— *Æterno propior non alter* Homero.

Tiraquellus *De Jure Primigen. Qu.* 17.

Sed et ex Homero *quoque, illo virtutum omnium parente* Justiniano *appellato, sortes rerum futurarum præsagia deprompta esse, testimonio est* Socrates *ille hominum sapientissimus, &c. nec tamen istis sortibus fidem esse adhibendam putârim.*

Id. *In Leg. Connubial. leg.* 1. *gloss.* 1. *part.* 1.

Paris *apud* Homerum *illum omnium disciplinarum tanquam oceanum quendam, &c.*

Tzetzes Jo. *Chiliad. carmine de Educat. filiorum.*

Ὅμηρος αὐτὸς ἡ θάλασσα τῶν λόγων,
Πλὴν γέμουσα τοῦ νέκταρος, οὐχ ἁλμυρῶν ὑδάτων.

Valerius Max. *lib.* viii. *c.* 8.

Homerus *ingenii cœlestis vates.*

Varro *Lib. de Imaginibus apud Agell. lib.* iii. *c.* 11. *Homeri imagini hoc epigramma apposuit, partim sc. Lat. partim Græc.*

Capella Homeri *candida hæc tumulum indicat,*
Quod ariete (vel, ut quidam legunt, aræ Ietæ, *vel,* ut alii, capra Ietæ) *mortuo faciunt sacra.*
Ἑπτὰ πόλεις διερίζουσιν περὶ ῥίζαν Ὁμήρου,
Σμύρνα, Ῥόδος, Κολοφὼν, Σαλαμὶν, Ἴος (*alii* Χίος) Ἄργος, Ἀθῆναι.

Vid. Hieron. Magium *Miscellan. l.* iii. *c.* 1. *et* Leon. Allat. *De Patriâ* Homeri, *c.* 11. *quorum uterque* Varronianum hoc in Homerum Epigramma Latino-Græcum fusè et eruditè explicat.

Victorius P. *Var. Lection. l.* xxviii. *c.* 18.

Omnis elegantiæ, omnisque in dicendo virtutis dux auctorque fuisse Homerus *non sine causâ existimatur, quas inde postea studiosè acceperunt non poëtæ tantùm Græci ac Latini, verùm etiam oratores.*

Id. *eod. l. c.* 3.

Hujus consilii exemplum est apud Homerum : *vidit enim ille quoque, qui omnia divinitate ingenii sui perspexit, &c.*

Id. *l.* xxxv. *c.* 2.

Hæc elegans concinnaque sententia fluxit è fonte omnis suavitatis et eruditionis Homero. Et alibi sæpe in eandem mentem.

Vida Hier. *Poëtic. Lib.* i.

Haud multos labor auctores tibi prodere Graios,
Quis inter potitur sceptris insignis Homerus.
Hunc omnes alii observant ; hinc pectore numen
Concipiunt vates, blandumque Heliconis amorem.
Felices, quos illa ætas, quos protulit illi
Proxima : divino quantò quisque ortus Homero
Vicinus magìs, est tantò præstantior omnis.

Vitruvius *Præfat. l.* vii. (*loquens de Zoilo Homeromastige.*)

Ptolemæus *cùm animadvertisset poëtarum parentem philologiæque ducem absentem vexari, et cujus ab cunctis gentibus scripta suspicerentur, ab eo vituperari, indignatus nullum ei dedit responsum, &c.*

Vives *De Trad. discipl. l.* iii.

(Homerus) *quæ scripsit, non dicere videtur, sed ante oculos sistere : Ea est quasi depingendi vis et efficacia ; quâ virtute posteros omnes sine controversiâ superat, &c.*

Vossius Her. *Ep. Ded. præfixâ Institut. Poët.*

De Homero *sic statuimus, nomen ejus non magìs poëtæ esse quàm philosophi.—Ex quo Platonis* (Homeri *dubito, an* Socratis *similiores*) *tum verba fluunt omnia, dictioque tota, propè adeò recedens à carmine, tum quoque omnigena illa rerum doctrina. Nec sanè* Alexandro *tam sublimis spei adolescentulo, alium æquè ac* Homerum *proposuit* Aristoteles.

Winsemius *Præfat. in Hom. inter Declamat. P. Melanchth.*

Ac primùm quidem sic statuo (de Homeri poëmate loquitur) *nullum unquam scriptum inde usque à primùm condito orbe, ullâ in linguâ aut natione, ab ullo humano ingenio editum esse (sacra ubique excipio) in quo, vel doctrinæ tantum sit, vel elegantiæ et suavitatis*—— [Sed consule omnino et percurre integram illam præfationem; operam non ludes, Lector.]

Wolphius Hier. *Annotat. in Isocr. Panegyr.*

Quanta fuerit Homeri, *non in vulgus tantùm auctoritas, sed et quanta doctorum de omnis generis doctrinâ ejus, et quadam quasi divinitate opinio, non est obscurum. In jure civili certè quidem* omnis virtutis parens *appellatur, &c.*

Id. *In Isocr. Orat. c. Sophist.*

Homeri *auctoritas apud vulgus Græcorum tanti olim fuit, ut ejus sententiæ pro oraculis haberentur, et ei refragari piaculi instar esset. Extant multorum orationes, qui demonstrare conantur, eum nihil ignorâsse, et omnes philosophos suarum opinionum occasiones ex illius poësi petiîsse.*

Wowerius *Polymath. c.* xix.

Linguæ plectrum, dentium vallum, vel, ut poëta præcipuus *ait,* ἕρκος ὀδόντων.

Xenophon *Memorabil. l.* i. *in personâ Socratis.*

Ἐπὶ μὲν τοίνυν ἐπῶν ποίησει Ὅμηρον ἔγωγε μάλιστα τεθαύμακα.

Id. *Conviv.*

Ἴστε γὰρ δήπου ὅτι ὁ Ὅμηρος ὁ σοφώτατος πεποίηκε σχεδὸν περὶ πάντων τῶν ἀνθρωπίνων.

Ibid.

Ὁ πατὴρ ὁ ἐπιμελόμενος ὅπως ἀνὴρ ἀγαθὸς γενοίμην, ἠνάγκασέ με πάντα τὰ Ὁμήρου ἔπη μαθεῖν.

Xiphilinus *Epit. Dion. in Adriano.*

Καὶ οὕτω γε τοιοῦτος ἦν (*ac si diceret,* adeò vecors et insanus erat) ὡς καὶ τὸν Ὅμηρον καταλλύων, Ἀντίμαχον ἀντ' αὐτοῦ ἐισάγειν, οὗ μηδὲ τὸ ὄνομα πολλοὶ πρότερον ἠπίσταντο.

Xylander *Annot. in Plut. Homerum.*

Quis unquam nisi vel malus, vel imperitus, non maximi fecit Homerum? *quæ ætas, quæ gens eum non summis extulit laudibus?*

Id. *Præfat. ad eundem.*

Homerus *princeps poëtarum, et oceanus sapientiæ.*

Zanchius *De Operibus Dei, l.* ii. *c.* 1.

Quin et Homerus *eandem ob causam, propter admirabilem scilicet rerum multarum cognitionem, appellatus fuit à multis, atque imprimis à* Dionysio, δαιμονιώτατος.

Zeno Cit.

Stoicæ sectæ parens et conditor, quem *Athenienses* tanto in honore et pretio habuerunt, ut publicum fecerint decretum, eum στεφανῶσαι χρυσῷ στεφάνῳ κατὰ τὸν νόμον, ἀρετῆς ἕνεκα καὶ σωφροσύνης (utì refert *Diog. Laert.* lib. vii. in vitâ Zen.) quanti *Homerum* æstimaverit, satìs amplo id indicio ac *testimonio* est, quod Προβλημάτων Ὁμηρικῶν πέντε (sc. βιβλία) scripserit, teste ibid. eodem *Laërtio.*

Zoilus.

——hosce omnes interstrepit anser olores,
Dumque alii plaudunt, exibilat unus Homerum.

Et hinc fœdum adeò et exosum ubique *Zoili* nomen, ut jam *Zoilus* non hominis, sed livoris, et maledicentiæ, et obtrectationis nomen habeatur, juxta illud *Ovidii* De Remed. l. i.

Ingenium magni livor detrectat Homeri:
Quisquis es, ex illo, Zoile, *nomen habes.*

Et Martialis Epigr. l. xi. Ep. 93.

Mentitur, qui te vitiosum, Zoile, *dicit;*
Non vitiosus homo es, Zoile, *sed vitium.*

Ad Zoilum Homeromastiga. Ἐλεγκτικόν.

ZOILE, *tot niveos poteris spectare lapillos?*
Calculus atque tuus discolor unus erit?
Suspendas *potiùs, nè* suspendaris *et ipse,*
*Et * crux censuræ sit tibi pœna tuæ.*
Omnia cum dixti, solus regnabit Homerus;
Omnia cum dixti, Zoile, *solus eris.*
Hactenus ergo pares, quod uterque excellitis, ille
Arte suâ cunctos, Zoile, *tuque tuâ.*
Cui palmam tribuunt omnes, tu solus Homerum
Carpis: nec similem tu, nec Homerus *habet.*
Cæsar *at à* caligâ *dictus † damnare poëtam*
Ausus: et huic poterat quid placuisse boni?
Odit? an invidit vati super æthera noto?
Quid mirum? socio, Zoile, *macte tuo.*
Euge! et adhuc tu solus homo tam censor iniquus:
Quomodo? ‡ monstrum *hominis, non homo* Cajus *erat.*

* Alii cùm (*Zoilum* sc.) scripserunt à Philadelpho esse in crucem fixum (*ob maledicentiam sc. in* Homerum). Vitruv. Architect. l. vii. in Procem.

† Cogitavit etiam de *Homeri* carminibus abolendis. *Sueton. Vit. Calig. c.* 34.

‡ *Id. ib. c.* 22.

Ad Eundem. Ode Στηλιτευτική.

HOMEROMASTIX, *improbe* Zoile,
Os turpe, tabo Gorgonis *oblitum;*
Livoris œstrum, fel, venenum;
Spuma canis Stygii, *et paludis:*

Qui solus audes nomen Homericum,
Qui solus audes numen Homericum,

Numen, quod omnes unà adorant,
Sacrilegâ temerare linguâ.

Infame monstrum, Lernæ calumniæ,
Halans Mephitin gutture lurido,
Ter Sycophanta, scurra cœli,
Mome deum, jaculator audax.

Quousque Solem missilibus petes?
Solem poëtarum et jubar ingenî
Sic dente mordebis canino,
Et rabido lacerabis ore?

Vides, ut omnis doctior orbis, et
Gens tota Phœbi Mæoniæ simul
Conspiret in cultum camœnæ,
Unius et veneretur aras,

Supplex Homeri? *En quanta virûm cohors,*
Vati corollam nectere gestiens,
Festinet ultro jura templo,
Et capite dare serta sacro.

En quanta moles te, miser, obruat!
Quot ora læsi numinis arguant!
Quin te reum mox confiteris,
Testibus innumeris revictæ?

Crimen fatenti crux tibi debita;
Hoc præcipit lex, hoc ratio jubet,
Vult gentium hoc Niloticarum,
Et Phariæ *dominator aulæ.*

At non carebis, Zoïle, *nænia,*
Lessuve; Musam dat tibi præficam
Homerus, *et funebre carmen*
Pangit, et hæc tibi justa solvit:

Ὦ πώποι, ἦ μέγ᾽ ἄριςον ἐν ἀνθρώποισιν ἔρεξεν,
Ὃς τὸν λωβητῆρα ἐπεσβόλον ἔσχ᾽ ἀγοράων.

FINIS.